THE LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

Polemon Periegeles

POLEMONIS PERIEGETAE

FRAGMENTA

COLLEGIT, DIGESSIT, NOTIS AUXIT

L. PRELLER.

ACCEDUNT DE POLEMONIS VITA ET SCRIPTIS ET DE HISTORIA ATQUE ARTE PERIEGETARUM COMMENTATIONES.

LIPSIAE

SUMTIBUS GUILIELMI ENGELMANNI.

MDCCCXXXVIII.

PA4390
.P14
1838

412496
31

IUSTO OLSHAUSEN

LIT. ORIENT. IN UNIV. LITT. KIL. PROF. O.

HENRICO FERD. SCHERK

MATHESEOS IBID. PROF. O.

AMICIS.

I. Tabula fragmentorum.

Asteriscus fragmentorum numeris passim adie[illegible] aliquid in textu emendatum esse.

Aelian. hist. anim. XII, 140. . . . . XLIX.
Ammon. de diff. verb. v. *χλαμὺς καὶ χλαῖνα.* . . XCIX.
Apostol. proverb. XVIII, 25. . . . . XXXV.
Athenaeus deipnos. epit. I. p. 19. B. . . . . XXV.
II. p. 39. C. . . . . XL.
55. E. . . . . XCI.
Athen. III. p. 81. F. . . . . XLIII.
108. F. . . . . LXXXIX.
109. A. . . . . XXXIX.
109. A. . . . . LXXIV.
IV. p. 138. E. . . . . LXXXVI*.
V. p. 210. A. . . . . LVIII.
VI. p. 234. D sqq. . . . . LXXVIII*.
253. B. . . . . XV.
VII. p. 307. B. . . . . LXXXII.
VIII. p. 341. A. . . . . LXVI.
346. B. . . . . LXX.
IX. p. 372. A. . . . . XXXVI.
387. F. . . . . LIV.
388. C. . . . . LIX.
409. D. . . . . LXXVII.
410. C. . . . . LXII.
X. p. 416. B. . . . . XXXIX.
436. D. . . . . LXXIX.
442. E. . . . . LXXX.
XI. p. 462. A. . . . . LVI.
462. C. . . . . LXXV.

Athen. XI. p. 472. B sq. . . . . I.
474. C. . . . . LXIII.
478. C. . . . . LXXXVIII *.
479. F. . . . . XXII.
483. B, ... LXI.
484. B. . . . . LX.
486. C. . . . . II *.
497. F. . . . . LVII.
XII. p. 552. B. . . . . LXXXIV.
XIII. p. 567. B. . . . . XVI.
574. C. . . . . XVIII.
577. C. . . . . XIV.
587. C. . . . . III.
588. C. . . . . XLIV.
589. A. . . . . XLIV.
602. C. . . . . LIII.
606. A. . . . . XXVIII.
XV. p. 659. C. . . . . XLVI.
XV. p. 690. E. . . . . LXIV.
696. F. . . . . LXXVI.
698. A sqq. . . . . XLV *.
Clem. Alex. Protrept. p. 31. Potter. . . . . XXIV.
32. . . . . LXXI.
41. . . . . XLI *.
Cyrill. c. Iulian I. p. 15. Spanh. . . . . XIII.
Diog. L. II. 104. . . . . LXVII.
III. 46. . . . . VIII.
IV. 58. . . . . LXVIII.
V. 85. . . . . LXIX.
Etym. M. p. 428, 30. . . . . XCIII.
751, 27. . . . . XXXV.
Euseb. Praep. Ev. X. 10. p. 490. ed. Col. . . XIII *.
Eustath. ad Il. II. p. 228. . . . . XXXII.
Fest. Epit. p. 255. ed. Lindem. . . . . XXXVIII.
Georg. Syncell. Chronogr. p. 63 sq. ed. Paris. . XIII.
70. . . . . XIII.
148. . . . . XIII.
Harpocration p. 24, 5. ed. Bekker. . . . . XLVIII.
72, 22. . . . . VII.
118, 21. . . . . VI.
132, 5. . . . . III.
Hellad. Chrestom. ap. Phot. Bibl. p. 872 Hoesch. CI.
Hesych. v. *βίηφι*. . . . . LI.
δευτερόποτμος. . . . . L.

Hesych. v. *Διὸς κῷδιον* . . . . . LXXXVII*.
Ἐφωδίων. . . . . LII.
ἡδύπνουν. . . . . XCVII.
ἠλύσιον. . . . . XCIII.
Κυλικράνων. . . . . LVI.
προσωποῦττα. . . . . XCIV.
σκυδικαί. . . . . XCVI.
συσπαστόν. . . . . XCV.
Ioann. Lydus. frgm. d. Menss. p. 274. B. ed. Hase. CII.
Iustin. Martyr. Coh. ad G. p. 9. ed. Paris. . . XIII.
Macrob. Saturn. V. 19. . . . . LXXXIII*.
Marcellin. Vit. Thucyd. 16 sq. . . . . IV.
28. . . . . V.
Phot. Lex. v. *ἠλύσιον*. . . . . XCIII.
μωρότερος Μορύχου. . . . . LXXIII.
Τελμισσεῖς . . . . . XXXV.
Plutarch. v. Arati c. 13. . . . . XVII*.
Sympos. Q. V. 2. . . . . XXVII.
Schol. Apollon. Argon. IV. 280. . . . . XLVIII.
IV. 324. . . . . XXXVII.
— Aristid. Panath. p. 188, 12. . . . . XII*.
188, 13. . . . . XI*.
— Aristoph. Avv. v. 11. . . . . XLVII.
v. 646. . . . . IX.
— Clem. Alex. p. 108. ed. Klotz. . . . . LXXII.
— Eurip. Hippol v. 230. . . . . XIX.
Med. v. 827. . . . . LXXXI.
— Hom. Il. I. 39. . . . . XXXI.
III. 242. . . . . X.
— Pind. Ol. I. 28. . . . . XXI.
V. inscr. . . . . XXIII.
VII. 95. . . . . LXXX.
VII. 153. . . . . XXVI.
— — Nem. V. 89 . . . . . LV.
X. 12. . . . . XX.
— — Soph. O. C. v. 39. . . . . XLI.
100. . . . . XLII*.
489. . . . . XLIX.
Steph. B. v. *Δωδώνη*. . . . . XXX*.
Εὐθηναί. . . . . XXXIV.
Κραστός. . . . . XLIV.
Μυρμισσός. . . . . XXXIII.
Suid. v. *Ἀζηνιεύς*. . . . . LXV.
Ἄρτος. . . . . LXXXIX.

Suid. v. *ἔνη καὶ νέα.* . . . . . VII.
ἠλύσιον. . . . . . XCIII.
ἵππος Νισαῖος. . . . . . XCVIII.
μωρότ. Μορ. . . . . . LXXIII.
νηφάλιος θυσία. . . . . . XLII.
Τελμισσεῖς. . . . . . XXXV.
Zenob. Proverb. IV. 21. . . . . C.
V. 13. . . . . LXXIII.

Testimonia.

Athen. VI. p. 234. D. . . . . p. 11 sqq.
Diog. L. VII. 188. . . . . 97 sq.
Eudocia Viol. p. 350. . . . . 4 sqq.
Harpocr. p. 99, 26. . . . . 44.
Plutarch. Sympos. Q. V. 2. . . . . 28.
Strabo I. p. 22. Tauchn. . . . . 86.
IX. p. 240. . . . . 35.
Suidas v. *Πολέμων.* . . . . . 4 sqq.

II. Index rerum et verborum, quae tractantur a Polemone.

Alcisthenis Sybaritae vestis pretiosa. . . . . p. 132.
Alexandri Aetoli fragmentum . . . . . 78.
Androcydes Cyzicenus, pictor. . . . . 107.
Aphidni historia. . . . . 43.
Apollo *ὀψοφάγος.* . . . . . 109.
κεχηνώς. . . . . . 109.
Archestratus, homo tenuissimus . . . . . 131.
Argentum in statua absconditum . . . . . 52.
Aristides *πορνογράφος.* . . . . . 47.
Aristomachae poetriae donarium . . . . . 55.
Aristoteles citatur . . . . . 115.
Aristrati imago picta. . . . . 47.
Artus regulus. . . . . 144.
Avis *πορφυρίων.* . . . . . 101 sq.
Axones Solonis. . . . . 87.
Bio statuarius. . . . . 107.
Boeotus parodiarum poeta. . . . . 77 sq.
Calix sacer in mare demissus. . . . . p. 112.

Cauliacae rupes. . . . . 68.
Cephissi varii. . . . . 125.
Cereris cognomina varia. . . . . 71. 112.
Cereris Libyssae apud Argeos delubrum. . . . 44.
Chlamys et Chlaena quid discrepent. . . . . 149.
Clearchus Solensis citatur. . . . . 115 sq.
Clidemus citatur. . . . . 115 sq.
codymalum flos. . . . . 74.
copides Spartanorum. . . . . 136.
Cottina meretrix. . . . . 48.
Crates Athen. citatur. . . . . 115 sq.
Cratinus citatur. . . . . 77. 136.
Cratini historia. . . . . 95.
Crius heros. . . . . 43.
Cylicrani. . . . . 99.
Cyrbes Solonis. . . . . 87.
Demetrias phyla. . . . . 42.
Demetrius comicus citatur. . . . . 144.
Demetrius statuarius. . . . . 107.
Demosthenes auditor Platonis. . . . . 43.
Deorum variorum sacra abstemia. . . . . 73.
Dialectus Attica antiquior. . . . . 106.
Diodorus Sinopensis citatur. . . . . 115 sq.
Diomedis religio ap. Italos. . . . . 49.
Diotimus *Χώνη*. . . . . 124.
Dodonaeum aes. . . . . 57.
Donaria Olympica . . . . . 50.
ἐγγυθήκη. . . . . 100.
Ephodion Periodonica. . . . . 94.
Epicharmus citatur. . . . . 77. 126. 136.
Epigramma in Arcadionem. . . . . 124.
Cleonem. . . . . 52.
Eleos. . . . . 125.
Erasixenum. . . . . 124.
Equi Henetici. . . . . 49.
Nisaei. . . . . 149.
Euboeus parodiarum poeta. . . . . 77 sq.
Eupolis citatur. . . . . 136.
Euthenitae. . . . . 66.
Execestides citharoeda. . . . . 87.
ἡδύπνους ovis. . . . . 148.
ἠλύσια s. *ἐνηλύσια*. . . . . 146.
Gladius contractilis a Sophocle in Aiace adhibitus. 147.
Hegemon Thasius citatur. . . . . 77 sq.

Heracleorum Theb. pretium. . . . . p. 53.
Hermippus utitur parodia. . . . . 78.
Heros Acratopotes, Ceraon, Matton. . . . . 72.
Hesychidarum gens . . . . . 91.
Hippeus artifex. . . . . 105.
Hipponax citatur. . . . . 77.
Iovii usus. . . . . 140.
Iudaei quando reliquerint Aegyptum. . . . . 45.
κατὰ χειρὸς et νίψασθαι quid discrepet. . . . . 104.
κυνάδες vox Lacedaemoniorum. . . . . 114.
Laidis patria et mors. . . . . 75.
Lamia a Demetrio amata. . . . . 46.
Lamia Venus. . . . . 46.
Lampades Atheniensium. . . . . 41.
Lapis in quo tessara luserat Palamedes. . . . . 64.
Latonae honores apud Delphos. . . . . 67.
Lex Attica de scortis. . . . . 38.
Liber adultus cum Satyro, fabula picta. . . . . 103.
Liber Morychus. . . . . 110.
Liber χοιροψάλας. . . . . 110.
Lycius artifex. . . . . 32.
Λυσιλαΐδες vox Laconica. . . . . 145.
Ludus ἀπήνης. . . . . 51.
Lupi honores ap. Delphos. . . . . 56.
Lusus verborum in nomine Istri. . . . . 96.
Maesonis patria. . . . . 84.
Minerva ab Ornyto vulnerata. . . . . 52.
Morycho stultior, proverbium. . . . . 110.
Myrmissus oppidum. . . . . 65.
Nicophanes πορνογράφος. . . . . 47.
Neptuni et Iunonis certamen. . . . . 44.
Paean in Agemonem. . . . . 113.
Palicorum religio. . . . . 126 sq.
Panaretus homuncio, Ptol. Euergetae aularius. . 131 sq.
Parasiti olim ministerium sacrum. . . . . 115 sq.
Parodiarum poetae. . . . . 77 sq.
Pausanias πορνογράφος. . . . . 47.
Philochorus citatur. . . . . 115 sq.
Phorbas Atheniensis. . . . . 97.
Pirithoi nuptiae, opus statuarii. . . . . 105.
Pisae situs. . . . . 50.
Plangonium unguentum. . . . . 106.
πλῶτες i. q. κεστρεῖς. . . . . 126.
Poculorum fictilium usus antiquus. . . . . 104.

Praxillae Adonide stultior, proverbium. . . . . p. 150.
προσωποῦττα, genus vasorum. . . . . 147.
Redivivi a Semnarum fano prohibiti. . . . . 93.
Saturni religio apud Siculos. . . . . 152.
Scylax citatur. . . . . 146.
Semnarum statuae. . . . . 72 sq.
Signa deorum vinculis impedita. . . . . 145.
Simmias artifex. . . . . 110.
Σκυδικαί. . . . . . 148.
Sminthiorum causa. . . . . 63.
Telmissus urbs Cariae. . . . . 66.
Themison citatur. . . . . 115 sq.
Theori amor in statuam pueri. . . . . 56.
θηρίκλειον genere neutro. . . . . 36.
Thucydidis titulus sepulcralis. . . . . 39.
Thucydides varii. . . . . 40.
Tithenidia. . . . . 136.
Tituli inscriptionum. . . . . 39. 49. 115 sqq.
τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι etc., proverb. . . . . 151.
Vasorum nomina a viris illustribus derivata. . . 100.
Via Eleusinia. . . . . 44.

III. Index rerum et verborum, quae tractantur in notis et in commentationibus de Polemone et de periegetis.

Adaei et Antigoni opus de pictoribus et statuariis. p. 97 sq. 193 sq.
ἄδοξον ὄνομα quid. . . . . 114.
ἀναθήματα quid. . . . . 35.
Apellas s. Apollas. . . . . 175 sq.
Aristides Milesius. . . . . 59 sq. 180.
Aristotelis nomen cum similibus confusum. . . 59.
Aristotelis de rebus natur. liber a Polemone usurpatus. . . . . 131.
Asclepiades varii. . . . . 7.
Attali varii. . . . . 108.
Atthidem an scripserit Polemo. . . . . 34.
Axonum et Cyrbium forma, historia. . . . . 88 sq.
Callicrates, vulgo Callistratus, *περὶ Ἀθηνῶν*. . . 173.
Callixenus Rhodius. . . . . 178 sq.
Clementis Alexandrini de deorum Graecorum moribus insolentioribus disputatio. . . . . 108 sq.
cognomina virorum doctorum. . . . . 14.

διάθεσις quid. . . . . p. 100 sq.
Didymus frequenter utitur Polemone. . . . . 29.
Didymi contentio adv. Polemonem. . . . . 137 sq.
Diodorus periegeta. . . . . 170 sq.
διοπομπεῖσθαι quid. . . . . 140.
Emendatur Athen. p. 197. A. sqq. . . . . 178.
Steph. B. v. *Δωδώνη*. . . . . 61.
Fronto p. 68. Nieb. . . . . 109 sq.
Sext. Emp. adv. Gr. I. 253. . . . 190.
Ἑλλαδικός adiectivum. . . . . 23.
ἐπιγράμματα sensu vario. . . . . 123.
Eratosthenis de antiquitatibus Atticis fides. . . 86. 88.
ἐξηγηταὶ s. *περιηγηταὶ τῶν ἐπιχωρίων*. . . . . 161 sq.
Glycyia s. Glycea vicus Iliensis. . . . . 6.
Hegemon Thasius. . . . . 79 sq.
Heliodorus periegeta. . . . . 172 sq.
Heraclea Thebanorum. . . . . 54.
Hermodorus Platonicus. . . . . 148.
Homerus *περιηγητής*. . . . . 159.
Ioviorum in rebus sacris usus. . . . . 140.
κάνναθρον quid. . . . . 133 sq.
κέρνους usus in mysteriis. . . . . 143 sq.
κεχηνὼς Liber, Apollo. . . . . 109 sq.
κοσμικός sensu universalis, vox inferioris aetatis. 22.
Lapis *Λυχνίτης*. . . . . 73.
Φελλάτης. . . . . 111 sq.
Lucius Tarrhaeus . . . . . 62.
Lyceas Argivus. . . . . 168.
Λυκιουργεῖς, similia vocabula unde derivanda. . . 37 sq.
Menecles et Callicrates *περὶ Ἀθηνῶν*. . . . . 173 sq.
Minervae Pellenensis templum. . . . . 117.
Mnaseas Patarensis. . . . . 180.
Neanthes Cyzicenus. . . . . 95.
Oppida multa ab aliis ad alias regiones relata. . . 66.
Palicorum fabula et religio. . . . . 127 sqq.
Panaetius senior et iunior. . . . . 7 sqq.
Particula *ἤ* in titulis allegandis. . . . . 16. 25. 146.
Pausanias cum Polemone comparatus. . . . . 180 sqq.
Pausanias geographus. . . . . 188.
Pausaniae *ἐπίκρισις* fabularum. . . . . 196 sq.
Periegesis geographica et antiquaria. . . . . 159 sq. 161 sq.
περιηγεῖσθαι, *περιηγητής* etc. . . . . 159.
περιγράφειν. . . . . 102 sq.
περιτεραμνίζειν. . . . . 105 sq.

Philostrati imagines. . . . . p. 198.
Pindaridarum apud Delphos honores. . . . . 68.
Polemones varii. . . . . 5.
Polemoniorum secta an exstiterit. . . . . 16 sq.
Pontus significatu vario. . . . . 65 sq.
Praxilla. . . . . 151.
Praxiteles ὁ περιηγητής. . . . . 168.
Propylaea arcis Atheniensis. . . . . 40 sq.
Proverbiorum colligendorum fontes. . . . . 194 sq.
Sacrorum abstemiorum genera varia. . . . . 74.
Scholia in Odysseam inedita. . . . . 17. 180.
Scriptores de historia artium. . . . . 193 sq.
Semnarum sacra. . . . . 93.
Semus Delius. . . . . 177.
Στηλοκόπας vox unde derivanda. . . . . 13.
Stiritarum cum Atheniensibus affinitas. . . . . 54.
Telephus Pergamenus. . . . . 178.
Θαυμασίων scriptores. . . . . 131. 198 sq.
Theopompi historici fragmentum. . . . . 59.
Theoxenia Delphorum. . . . . 67.
Timaei Siculi fides et doctrina. . . . . 69 sq. 187.
Titulorum formulae decurtatae. . . . . 118. 138.
Titulorum ratio varia. . . . . 20 sq.
Xenophontis Agesilaus an genuinus. . . . . 133 sq.

Addenda et Corrigenda.

p. 7. vs. 12. pro Stoicum *esse* scrib. St. *ecce.*
p. 9. Etiam Heyne Opusc. vol. V. p. 12. Polemonem appellat auditorem Aristophanis Byzantii.
p. 20. vs. 10. pro *κωδίον* scr. *κῳδίον.*
vs. 15. pro CI. scr. CII.
p. 23. *Ἑλλαδικὸν* Polemonis et *Ἑλληνικὴν ἱστορίαν* quae inscribitur idem opus esse vidit iam G. I. Vossius de Histor. Gr. p. 120 sq. p. 160. ed. Westerm.
p. 28. vs. 21. pro *ob*iicerentur scr. *ab*iicerentur.
p. 38. vs. 7. scrib. *non modo non* reiecit.
p. 53. vs. 14. adde virgulam post v. cingulo.
p. 84. vs. 6. pro *ex* mor. petul. scrib. *ea.*
p. 91. De genere vocis *κύρβεις* adde Boissonad. Psell. de Daem. p. 301.
p. 118 sq. Legem regiam falso interpretatus sum legem ab archonte rege latam. Est lex quae pertinet ad arch. regem, cf. Meier et Schöm. Att. Process. p. 170.
p. 122. vs. 19. scr. allucinati *sunt.*
p. 176. De loco Quintiliani XI. 2, 14. debebam in Schneidewini emendatione acquiescere; nam exstat epigramma Callimachi, quod sine dubio significat Quintilianus, cf. Schneidewin Simonid. p. XI.
p. 184. vs. 19. *qualia* Pausanias.

Expressit B. Tauchnitz jun.

CAPUT I.

DE POLEMONIS PERIEGETAE VITA ET SCRIPTIS.

Polemo Periegeta olim inter clarissimos antiquitatum graecarum auctores erat, nunc iacet, quum scripta eius absumserit aetas, neque dum inter recentiores exstiterit qui memoriam viri quoad eius fieri possit integrare et resuscitare conatus sit *). Quod quum ego susceperim, operae pretium facturum me spero tum propter ipsum scriptorem, in paucis litteratum ac diligentem, tunc quia testimoniorum fragmentorumque tractatio non poterit non respicere et opportunis digressionibus exspatiari ad omnem quam ista aetas sequuta sit studiorum litterarumque rationem recensendam, peculiaremque eius artis quam Polemo profitebatur indolem accuratius quam adhuc factum est explicandam. Aetas autem Polemonis est doctissima illa Alexandrinorum, litteratissimorum hominum luminibus mirifice conspicua. De cuius cognitione si egregie nunc meruisse omnibus visi sunt qui modo de singulis qui eam ornaverunt grammaticis historicisve, modo de omni eius ingenio atque historia disputaverunt: neque hae, confido, disputatiunculae meae ingratae doctis erunt, quum Polemonis doctrina plurimum pertineat ad omnes Alexandrinorum litteras iudicandas, ut solet unius hominis qui nomen aliquod apud aequales haberet, notitia accuratior ad omnem eiusdem aetatis rationem cognoscendam utilissima esse. Quod ad artem Polemonis attinet, nobilitavit ille artem periegeticam, de qua si adhuc parum accurate existimatum est, longe nunc expeditior cuique ad iudicandum patebit via, si indolem huius artis non iam in solo Pausania, sed in Po-

*) Obiter multi de eo dixerunt; plenissime inter recentiores Clinton Fast. Hell. Vol. III. p. 524 sqq.

lemone insuper persequi licebit, excellentissimo in hoc genere scriptore, quem affirmaveris in fastigio periegeseos antiquariae stetisse. Et praeivi ego lectoribus meis hoc iudicium in ea commentatione, quam posui post fragmenta Polemonis; in qua ad certam viam componere studui quicquid mihi videretur attinere ad omnem huius artis proprietatem et cum ceteris litteris coniunctionem recte aestimandam. Quae dissertatio, si quid ipsi scriptori de operibus suis augurari liceat, non inutilis lectu erit iis, qui tractant litterarum graecarum historiam universalem, inprimis si curant ea tempora, ubi ingenia quidem hominum torpebant, doctrina vero et ea studia, quae in diligentia et in elaborando posita sunt, maxime floruerunt. Cetera pertinent ad solum Polemonem, de cuius vita iam primum quum quaerere propositum sit, proficiscendum ab iis, quae leguntur apud Suidam s. v. *Πολέμων*, conferenda cum Eudocia Viol. p. 350.

§. 1. Habentur apud Suidam haec: *Πολέμων Εὐηγέτου, Ἰλιεύς, κώμης Γλυκυίας* (Eudoc. *Λυκίας*) *ὄνομα, Ἀθήνησι δὲ πολιτογραφηθείς, διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός, ὁ κληθεὶς περιηγητής, ἱστορικός. γέγονε κατὰ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἐπιφανῆ· κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνη τῷ γραμματικῷ καὶ διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου. ἔγραψε περιήγησιν Ἰλίου ἐν βιβλίοις γ', κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν, περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων* (Eudocia *περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων*, et sic Suidas editionis Aldinae, quod ex Cod. Paris. mutavit Kuesterus), *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων, καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐν οἷς καὶ κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν.* — De singulis disputabitur separatim. Universus locus quum tribus partibus contineatur, quarum prima est de nominibus ac patria Polemonis, altera de aetate, tertia de scriptis, duae priores aperte falsae sunt in hoc, quod *Ἑλλαδικὸς* ponitur fuisse nomen Polemonis, cf. §. 20, et quod dicitur audivisse Panaetium Stoicum, cf. §. 4. In scriptorum recensu plurima et gravissima, ut solet esse apud Suidam, latent in illis *καὶ ἄλλα πλεῖστα*, cf. §. 18. *Κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν* cave putes ipsum Polemonem opus inscripsisse, cf. §. 15.

§. 2. Nomen Polemonis admodum frequens Graecis erat ideoque multi passim Polemones memorantur, tum apnd historicos tum in artibus litterisque. Qui cum nostro ne confundantur, antequam huius res persequar, recensum subiiciam eorum, qui in litteris praeter eum nomen habuerunt. Et exstant quidem ingenii monimenta ab his:

1) a *Polemone rege*, qui vulgo nominatur Polemo Ponticus, quem primum regem Ponti fecit Antonius. Successit ei Polemo filius; postea regnum a Nerone in provinciae formam redactum est. Cf. Reimar. ad Dion. Cass. T. II. p. 915; Boeckh Corp. Inscr. Vol. II. p. 94 sq. Supersunt sub nomine Polemonis Pontici tria epigrammata, Anthol. I. p. 103. II. p. 254. 330. ed. Jacobs., quae utrius illorum sint, patris an filii, haud liquet. Cf. Jacobs Animadverss. in Anthol. III, 3. p. 940.

2) a *Polemone sophista*, Laodiceno, qui floruit sub Traiano et Hadriano. Exstant laudationes duae funebres, editae ab Orellio, Lips. 1819, nuper brevi annotatione ornatae ab Jacobsio, Zeitschr. f. A. 1838. No. 1. Plura de hoc rhetore apud aequales nobilissimo suppeditant Philostr. vit. Soph. I. 25, Suid. v. *Πολέμων*, Frontonis et Marci Caes. epp. p. 50. 55. 63, Phrynichus p. 271. coll. p. 170. 421. ed. Lobeck. Cf. Fabric. B. G. VI. p. 2 sqq. Harles.; Bernhardy Griech. Litter. I. p. 430.

3) a *Polemone physiognomico*, de quo v. Fabric. B. G. III. p. 323. H.

Qui sequuntur, de his testimoniis tantum aliorum vel paucis fragmentis constat:

4) *Polemo Atheniensis*, Philostrati f., Xenocratis auditor et successor; de quo v. Diog. L. IV. 16 sqq. c. nott. Menagii, coll. Rittero Gesch. d. Ph. II. p. 544. ed. 2.

5) *Polemo sophista iunior*, qui floruit Commodo imperatore, v. Suid. v. *Πολέμων*.

6) *Polemo* nescio quis *grammaticus*, cuius in Lucanum commentarius libro quinto laudatur a Lydo de Magistrat. III. 46.

Inter pictores denique inclaruit

7) *Polemo Alexandrinus*, cf. Plin. H. N. XXXV. 40, 43.

Quos Fabricius B. G. III. p. 183 sq. praeter hos recenset, Polemonem Neoplatonicum, qui ex Plotini disciplina ad voluptates desciverat, v. Porphyr. v. Plotini c. 11, et Haereticum, Apollinaris discipulum, de his parum huc attinet.

§. 3. Ab his Periegeta et patris nomine addito et patria et cognominibus multis distinguitur. De patre Euegeto nemo praeter Suidam commemoravit. Iliensis vocatur ab agro Iliensi, velut Demetrius Scepsius ap. Eudoc. p. 128. appellatur *Ἰλιεύς*. De vico illo Iliensi, ubi pater domicilium habuisse videtur, ceteroquin incertum est, neque de nomine satis constat, quum Suidae audiat *Γλυκυία*, Eudociae *Λυκία*. Huic qui patrocinari velit, eos allegaverit qui Lyciam non modo meridionalem Asiae minoris regionem dictam fuisse narrant, sed etiam Troianorum partem, eam in qua Zelea oppidum situm fuerit, v. Marquardt Cyzicus p. 128 sq., inter quos sunt qui ipsam Zeleam antiquitus *Λυκίαν* appellatam fuisse narrent, velut Schol. Il. V. 105. *ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τῆς Τρωάδος πόλις, ἧς ἦρχε Πάνδαρος*, cf. Scholl. Il. VI. 172, Scholl. Aesch. Sept. c. Theb. v. 132. Verum dicitur ab his *πόλις* eadem abusione, quam solent admittere et in hac voce et in similibus, *τόπος, δῆμος*, velut quae habentur apud Hesych. *Διάκρια, τόπος Ἀττικῆς ὑπὸ Βραυρῶνα*, cf. Steph. B. s. v., Bekk. Anecd. p. 242, quae accuratius dicitur regio fuisse, itemque *Ἐπακρία πόλις*, quae inter duodecim oppida Cecropia numerabatur a Philochoro, si fides est Stephani B. s. v. Mihi praeplacet Suidae *κώμης Γλυκυίας*, leviter tamen et ipsum, si quid video, corruptum et in *Γλυκείας* mutandum. *Γλυκεῖαν* autem sc. *κρήνην* interpretor vicum ad dulcem fontem situm, cf. Paus. VII. 27, 1. in descriptione Pellenae, *πίνειν πηγαί σφισιν ὑπὸ τὴν πόλιν εἰσὶν οὐ πολλαί· τὸ δὲ χωρίον, ἔνθα αἱ πηγαί, Γλυκείας ὀνομάζουσι*, cf. Strab. VII. p. 119. ed. Tauchn. *Γλυκὺς λιμήν* Ann. Comn. p. 107. D. 108. A. *Γλυκὺς ποταμός*.

§. 4. Sequitur ut quaeramus de aetate Polemonis; ubi proficiscendum a testimonio Asclepiadis Myrleani, optimi testis, de quo v. Werfer d. Asclep. Tragil. in Act. Monac. II. 4. p. 535, Warton ap. Gaisf. Poett. Min. Gr. IV. p. 2, Bernhardy Suid. Vol. I. P. I. p. 790 sq. Grammaticas hic

artes professus est, primum Romae, deinde in Turditania temporibus Pompeii Magni *), scripsitque multa et varii argumenti, ex quibus huc maxime attinet opus *περὶ γραμματικῶν* inscriptum, libris minimum undecim comprehensum, quibus egerat et de grammaticis et de poetis, velut de Orpheo, Arato, aliis. In hoc opere etiam de nostro peculiari capite disputasse videtur. Dixerat autem, quantum intelligitur ex Suida, Polemonem aequalem fuisse Aristophanis grammatici, auditorem Panaetii Rhodii; quorum illud haud dubie recte habet, hoc varias viris doctis turbas fecit, quum pugnet et cum Panaetii et cum Polemonis temporibus. Fabricius B. G. III. p. 572. stoicum esse Polemonem nobis inde finxit, quem putat discipulum Panaetii senioris fuisse. At seniorem istum Panaetium stoicum commentum Suidae esse sensit iam Ionsius p. 213, planum fecit van Lynden de Panaetio p. 6 sqq. Quamquam exstitisse Panaetium *νεώτερον* appellatum cernitur ex Porphyrio in Ptol. Harm. p. 244. coll. p. 267. Wallis.; qui dicitur etiam *ὁ μαθηματικός* et scripserat *περὶ τῶν κατὰ γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν λόγων καὶ διαστημάτων.* Cum hoc igitur fortasse comparatus stoicus senior appellabatur; ipse vero stoicus et senior et iunior unus homo est, Scipionis ac Laelii familiaris, qui floruit a. Chr. n. 185 — 112. Unde facile intelligitur Polemone hunc longe recentiorem fuisse. Propterea Ionsius, vel alius, inquit, intelligendus est Polemo, vel ita explicanda erunt verba, quod Polemo senex Panaetium iuvenem viderit atque audiverit, vel Suidae verba ista *διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου* omnino delenda, vel ita mutanda, *διήκουσεν αὐτοῦ ὁ Ῥόδιος Παναίτιος*, ut Panaetius Polemonis discipulus fuisse intelligatur. Postremum amplexus Lyndenus p. 36 sqq. Polemonem numerat in doctoribus Panaetii; quod vellem minus confidenter posuisset, nam restant etiam sic

---

*) Suidas s. v. *Ἀσκληπιάδης* debebat distinguere 1) Asclepiadem Tragilensem, temporibus Epaminondae, cuius fragmentis a Werfero collectis adde Schol. Vat. Eurip. Rhes. 895. 2) Myrleanum, 3) Alexandrinum, v. Scholl. Arist. Nubb. 37. cf. Werfer p. 554. 4) Smyrnaeum, qui laudatur Schol. Dionys. Thr. p. 784. Cf. Ionsius de scr. h. ph. p. 247. coll. 198, Bernhardy l. c., Wegener de aula Attalica p. 161.

multae dubitationes. Audivit Panaetius Cratetem Mallotem, Polemone uno genere iuniorem; deinde plurimam vitae partem apud Romanos peregit et flexu demum aetatis Athenas rediisse ibique post Antipatrum stoicae scholae praefuisse videtur. Num senem et philosophiae doctorem grammaticas istas, quas adolescens hauserat, artes recoluisse Polemonisque, decrepiti iamiam senis, si quas habuit scholas visitasse putemus? Mihi mittenda potius ista Suidae allucinatio videtur, qui sive ipsum Asclepiadem seu alium, qui hoc usus erat, excerpserit, adeo hoc oscitanter fecit, ut quid sibi velit Panaetii ista Rhodii commemoratio nunc expediri omnino nequeat.

§. 5. Aristophanem Byzantium, Zenodoti et Callimachi auditorem, floruisse constat sub Ptolemaeo [Philopatore et Euergete, h. e. inter annos a. Chr. n. 221. et 180. Possumus igitur ad eadem regna etiam Polemonis aetatem assignare. Maxime tamen, si Suidam sequamur, floruit sub Epiphane, 204—180, sicuti Aristophanis quoque aetatem florentissimam incidisse tradunt in Ol. 145, h. e. in tertium annum Epiphanis. Eodem ducimur si observamus tempora eorum, adversus quos Polemo scripserat. Antiquissimus horum est Timaeus Siculus, quem constat historiam suam composuisse circiter Ol. 128, h. e. a. Chr. n. 269, vixisse regnantibus Ptolemaeis Lagi et Philadelpho, cf. Goeller de situ et orig. Syrac. p. 181 sq. Propius ab aetate Polemonis abest Eratosthenes, qui floruit sub Euergete et Philopatore, cf. Bernhardy Eratosth. praef. p. XI sq. Scripserat Polemo etiam adversus Istrum Callimachium (cf. frgm. LIV sq.), quem temporibus Ptolemaei Euergetae floruisse demonstrat Siebelis de *Ἀτθίδων* scriptoribus p. XIX. Denique adversarius fuit Neanthis Cyziceni, qui scripsit res Attali teste Athenaeo XV. p. 699. D, sine dubio primi, qui regnavit a. Chr. n. 242—222, ut vixerit Neanthes sub Ptolemaeo Philopatore, cf. Jonsius II. 4, 3. p. 158, Marquardt Cyzicus p. 164 sqq., ut huic ferme suppar fuerit Polemo, ceteris genere uno et si quod supra est recentior. Redeunt igitur haec omnia eodem, quo Asclepiadis et Suidae testimoniis ducti eramus, idemque confirmatur singulis ipsius Polemonis notationibus, velut ap.

Athen. XII. p. 552. B. *Πολέμων — ἱστορεῖ ὡς καὶ Πανάρετος — συνεγένετο Πτολεμαίῳ τῷ Εὐεργέτῃ, τάλαντα δώδεκα τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνων· ἦν δὲ ἰσχνότατος, ἄνοσος διατελέσας*, quod ex sua ipsius cognitione scripsisse videtur, ut iuvenis attigerit Ptolemaeum Euergetam. — Eorum, qui Polemonis meminerunt ex posterioribus, antiquissimi sunt Herodicus Babylonius Crateteus et Didymus ille Aristarcheus et alii eiusdem aetatis, qua scripta Polemonis maxime in manibus doctorum fuisse videntur.

§. 6. Unde disciplinam acceperit Polemo, de hoc nil traditum habemus. Aristarchi discipulus vocatur a Graevio ap. Fabric. B. G. I. p. 442. Harl., quae coniectura facile refutari potest. Alii, velut Ionsius de scr. h. ph. II. 13, 1. et Harlesius ad Fabric. B. G. IV. p. 119, Aristophanis eum discipulum fuisse affirmant, quum ex Asclepiade constet tantum de eo, Polemonem et Aristophanem aequales fuisse. At voluerunt illi, opinor, maxime Alexandrinis nostrum adnumerandum esse significare. Qua in re contrariam nuper viam ingressus est Wegener de aula Attal. P. I. p. 204 sqq., qui Polemonem inter Pergamenos recenset, idoneis tamen etiam hic argumentis destitutus. Dicit Polemonem in vicinia Pergami natum fuisse, inde verisimile esse, litteratae eum, quam solet appellare, Pergamenorum societati adscriptum fuisse. Verum erat etiam Aristarchi patria, Samothrace insula, Pergamenis vicina. Scripsit, inquit, Polemo epistolam ad Attalum II. regem Pergamenum. Concedo probabile esse eum Attalum, ad quem scripsit meus (v. frgm. LXX sqq.), fuisse regem; sed etiamsi fuerit, nimis multa inde colliguntur, si Pergamenis propterea Polemonem adscriptum fuisse sumamus. „Impugnavit Eratosthenem Alexandrinum.“ At impugnavit etiam Neanthem Cyzicenum, rerum Attalicarum scriptorem, qui meliore sane iure ad Pergamenos referri poterat quam multi alii. Cetera quibus ille utitur argumenta, si haec refutata sunt, sponte evanescunt.

§. 7. Mihi renuntiandum potius quam obsequendum videtur improbo illi grammaticorum suo quemque doctori, suae successioni assignandi studio, gaudeoque meo, ut quem dixeris *αὐτοδίδακτον* fuisse. Verum si spectes universam studiorum

rationem, quantum de iis ex fragmentis existimari potest, duabus potissimum in urbibus aliquamdiu disciplinis eum eruditum fuisse crediderim, Alexandriae atque Athenis. Alexandriae per illam aetatem eae artes maxime colebantur, quibus Polemo conspicuus erat, historicae et grammaticae; quas qui studiose ediscere, qui penitus haurire volebat, non poterat quin Alexandrinis doctoribus temporis operaeque aliquantum impenderet. Adde quod constat vidisse nostrum aulam Ptolemaei Euergetae ex Athen. XII. p. 552. B. modo laudato, et quod libri eius inter posteriores grammaticos maxime ab Alexandrinis usurpabantur, inprimis ab Didymo, cf. §. 17. Si certa nomina expromi velis, potuit ille audire Callimachum, potuit etiam Eratosthenem audire, qui Polemone adolescente summis illarum artium laudibus excellebant. De Eratosthene noli contra monere quod Polemo scripsit adversus Eratosthenem; scripsit etiam Aristophanes adversus (*πρὸς*) Callimachi praeceptoris *πίνακας*. Ad Athenas quod attinet, Polemonem huic urbi multum temporis tribuisse vel inde patet, quod traditur *Ἀθήνησι πολιτογραφηθεὶς* fuisse, unde *Ἀθηναῖος* vocatur Heraclidi Mopseati ap. Athen. VI. p. 234. D. et Plutarcho Sympos. Quaestt. V. 2. Quaeritur quonam aetatis spatio Athenis versatus fuerit, utrum senex, quod existimavit Lyndenus, qui Polemonem senem scholas Athenis habuisse statuit, quibus interfuerit Panaetius (v. §. 4.), an iuvenis. Mihi de scholis istis valde dubium videtur; contra hoc videor mihi pro certo exploratoque ponere posse, primam urbem, quo iuvenis ab Alexandrinis rudimenta litterarum edoctus advolaverit, studiosissimus ille monimentorum omnisque antiquitatis ex artis operibus documentisque publicis illustrandae, hanc igitur urbem fuisse Athenas, quippe non modo qualicunque monimentorum supellectile refertissimas, sed etiam iis maxime tunc frequentatas, qui periegetarum studia colerent, in monimentorum cognitione posita atque ab Atheniensibus primum, ut videtur, ad certam artem et rationem revocata; cf. cap. III. §. 10. Efflorescebat nimirum tunc apud Atheniense illa, quam peripatetici inchoaverant, antiquitatum disciplina ex sedula singulorum locorum inspectione et per-

tractatione explicandarum. Vigebant laudes Philochori et Timaei Siculi (quem maximam vitae partem apud Athenienses degisse constat ex Polybio Exc. Vat. XII. 13.), qui haec studia insigni cum fructu ad historiam applicaverant. Florebant nomina Cratetis Atheniensis, Eratosthenis, Aristophanis, aliorum, qui comoediam Atticam ex antiquitatibus Atticis illustrabant. Vivebat, ni fallor, eadem aetate Diodorus Atheniensis (cf. cap. III. §. 11.), qui Periegetae nomen tanquam propriae professionis appellationem, inter historicam atque grammaticam artem mediae, primus sibi adscivisse et ad peculiare litterarum genus vindicasse videtur. Hos Polemo sequutus est, tantumque mox de antiquitatibus Atticis ex monimentis et inscriptionibus collustrandis meruit, ut Athenienses eum inter cives adoptarent; cui tamen rei cavendum ne nimium tribuamus, quum constet eum honorem per ista tempora facillimi negotii fuisse.

§. 8. Athenis Polemonem ad ceteras Graeciae et reliqui orbis terrarum civitates obeundas perrexisse et quod vitae reliquum erat inter peregrinandum fere consumsisse crediderim, idque ita eum instituisse, ut ex urbibus nobilioribus, praecipue ex iis quae monimentorum, donariorum, tabularum pictarum, inscriptionum abundantia insigniores erant, modo hanc modo illam diutius incoleret domiciliumque ibi aliquantisper figeret. Certe, si quanta cura de singulis disputaverit ex ipsius fragmentis cognoveris, facile mecum consenties eum minime, ut solent homines peregrinabundi, inspexisse duntaxat urbes videri, sed habitare in iis et tam bene cognitas habere, quam solent cives aut inquilini. Neque hoc de solis Athenis valet, verum sicuti in his versatissimus erat, ita Argos etiam, Sicyonem, Spartam, Olympiam, Delphos, Dodonam, Syracusas ad extremum usque angulum perquisivisse eum dixeris. Denique mecum facit quod scribit Heraclides Mopseates apud Athen. VI. p. 234. D. *Πολέμων γοῦν — ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψιάτης Ἡρακλείδης* (eiusdem meminit Steph. B. s. v. *Μόψου ἑστία*) *λέγει, καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων.* Ex quo loco si Vossius, Casaubonus, alii adeo virorum doctorum de Polemonis patria sententias discrepasse concludunt, ut quisque

quid sibi probabilissimum videretur sequuti sint, unde tandem scivisse Suidam putemus, quod satis confidenter pronunciat, Polemonem natione Iliensem fuisse, ex vico Glycea oriundum? Immo videtur Polemo, quum modo hanc modo illam urbem incoleret, etiam libros suos modo ex hac modo ex illa civitate in lucem emisisse, idque in titulis librorum diversis gentilibus, ut quamque urbem incolebat, nomini suo adiectis significasse. Ex qua domiciliorum diversitate si gloriolam sibi quaerebat meus, id non tam huic homini quam universae, qua is vixit, aetati imputandum est, quae pridem desierat patriae amorem censere ex caritate eius loci, ubi quisque natus esset, et in qua litteratis potissimum hominibus, si itinera longinqua fecerant, magnae id laudi habebatur. Erat, opinor, Polemo talis, qualem describit Plutarchus de def. orac. c. 2. *ἀνὴρ φιλοθεάμων καὶ φιλομαθής, οὐσίαν δὲ ἔχων ἱκανὴν καὶ τὸ πλείονα τῶν ἱκανῶν ἔχειν οὐκ ἄξιον πολλοῦ ποιούμενος.* Certe nummatum fuisse oportet quem totam ferme vitam inter peregrinationes peregisse credibile est.

§. 9. Ab arte sua et *Περιηγητὴς* nominabatur et *Στηλοκόπας*, quorum illud peculiare id scribendi genus significat, quod a Diodoro Atheniensi inchoatum (cf. cap. III. §. 10.) a nostro ad summum, quod in hoc genere praestari poterat, perductum esse videtur. Alterum cognomen peculiarem quandam, qua maxime inter ceteros periegetas eminuit, laudem Polemonis indicat, ut qui esset unicus inscriptionum scrutator ex monimentis publicis colligendarum et ex antiquitatum scientia aperiendarum. *Περιηγητής* appellatur apud Strab. IX. p. 240, Athen. IX. p. 372. A. 387. F. XII. p. 602. F. XV. p. 696. F. V. p. 210. A, Plutarch. vit. Arat. c. 13, Steph. B. v. *Δωδώνη*, Suid. v. *Πολέμων*. Videtur sibi ipse in titulis librorum hoc nomen attribuisse, quo quarum artium professio, quae studia comprehendantur explicatissime demonstrabitur capite tertio. *Στηλοκόπας* appellatur ab Herodico Crateteo ap. Athen. VI. p. 234. D. *ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ Στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος.* De Herodico Babylonio, Cratetis discipulo, plenis-

sime disputavit Wegener de aul. Att. p. 155 sq. *). Vocem *Στηλοκόπας* Dalecampius ad Athen. l. c. revocandam putavit ad verbum *στηλιτεύειν*, *στηλοκόπαν* esse quasi *ἐστηλιτευμένον* sive *ἐστηλοκοπημένον* (cf. Pollux VIII. 73, Hesych. v. *στηλιτεῦσαι*, Dio Cass. XLII. 9.), ut cuius nomen ob desertum vadimonium videatur columnae inscriptum et infamatum fuisse, qui mos obtinebat Athenis. Alia interpretatio Valesii est ad Harpocr. v. *ἄξονες*, Polemonem *Στηλοκόπαν* dictum esse ob maledicentiam, qua in eos qui ab se dissentirent saevisset et „quod omnes scriptores quasi proscriberet, *ἐστηλίτευε*, *ἐστηλοκόπησε*.“ Dissensit ab hoc Casaubonus, rectum haud dubie videns in hoc, quod nomen repetiit ab studio Polemonis in inscriptionibus posito: „Qui tanta diligentia graecarum urbium inscriptiones de columnis, pilis, statuis et omne genus donariis descripsisset, *Στηλοκόπας* ioculari quidem, sed aptissimo nomine est dictus, *παρὰ τὸν κόπον τὸν περὶ τὰς στήλας*. Sic *δοξοκόπους* dixerunt, qui industriam et laborem omnem suum ad gloriae aucupium referrent. Sic etiam *δημοκόπους* appellabant, qui in demerendo populo assidue occupabantur.“ Et assentiuntur Casaubono Iacobsius Animadverss. Anthol. Prolegg. p. XXXV. et Boeckhius Oecon. Civit. II. p. 281, Corp. Inscr. Vol. I. praef. p. VIII. Mihi de re exploratum videtur, originatio ipsa, quam proposuit Casaubonus, vereor ut recte habeat. Nam repetierim vocem *στηλοκόπας* non a *κόπος*, sed a *κόπτειν*, unde *κοπίς*, ut *στηλοκόπας* sit lapicida, is qui inscriptionem aliquam in columnam incidit. Aliae eiusdem vocabuli formae sunt *στηλοκόπος* et *στηλοκόπης*, quum forma *στηλοκόπας* dorismis adnumeranda videatur in vulgarem dialectum haud raro receptis; cf. Lobeck ad Phryn. p. 638. ad Aiac. v. 604. p. 292 sq. coll. p. 460. Recte vero Casaubonus etiam in hoc, quod ioculare hoc nomen appellat, de qua re secus iudicavit Wegener de aul. Att. p. 204, nimium ille opinationibus suis de academia, quam dicit, Pergamena indulgens: „Stelocopae cognomen nescio an Polemonis fuerit in academia Attalica ob

---

*) De Herodici *πρὸς τὸν Φιλοσωκράτην* libro cf. Luzac Lectt. Att. p. 112.

insignem in inscriptionibus colligendis et explicandis collocatam operam gloriosa et honorifica appellatio:“ qui videat ne academicis suis tribuerit facetias subrusticas, quibus placuerit hominem litteratissimum nominare lapicidam. Omnino talia, quae doctis viris apud Graecos indebantur, cognomina iocularia plerumque sunt et habent aculeum. Sic Nicanor Aristarcheus *Στιγματίας* dictus, hoc est proprie servus *κατεστιγμένος*, quia doctrinam interpungendi multis libris persequutus erat (cf. Schol. Dionys. Thr. ap. Bekk. Anecd. p. 758 sq. 763 sqq., Warton ap. Gaisf. Poett. min. IV. p. 3.), *διότι ἐπολυλόγησε περὶ στιγμῶν*, ut ait Eustath. p. 20, 12. Simili cavillatione Satyrus *Ζῆτα* dictus *διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ*, Phot. Bibl. p. 151. b. Bekk., Dionysius *Ἀσκάλαφος*, aut propter lucubrationes assiduas aut *ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρός*, ut ait Etym. M. p. 278.; cf. Fronto p. 94. Nieb., unde cognoscitur hunc Dionysium, quem nominat *tenuiorem*, magistrum Frontonis fuisse. Quamquam talibus originationibus nihil tribuendum esse censet Lehrsius Quaestt. epic. p. 19 sqq.

§. 10. Reliquum est ut dicam de cognomine Helladici i. e. Graeciensis, quod solent Polemonis nomini adiicere propter haec apud Suidam, *Ἀθήνησι δὲ πολιτογραφηθείς, διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός*. Quae verba carent sensu, nam qui civitatem Atticam habebant, ii non *Ἑλλαδικοί* appellabantur, sed *Ἀθηναῖοι*. Neque vox *ἐπιγράφεσθαι* acile de cognominibus inditis usurpatur. Denique turbatur verborum tenor illis, ut tanquam glossema eiicienda vel certe uncinis intercludenda crediderim. Quae de libro Polemonis legerat sive ipse Suidas sive lector aliquis recentior, ea imperite ad nominis indicem interpolavit. Librum enim et ipsa vox *ἐπιγράφεσθαι* indicat et patet disertim de eo ex Athenaeo XI. p. 479. F. *Πολέμων ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν*, cf. XIII. p. 606. A, unde Schweighaeuserus Animadv. Athen. Tom. IX. p. 179. haec in recensu scriptorum Polemonis, quae ab Athenaeo laudantur, adnotavit: „Helladicus, antiquitates Graecae, incerti auctoris liber, sed ad Polemonem vulgo relatus;“ cf. infra §. 15. Nihilominus praeeunte Casaubono et alii de Polemone Graeciensi s. Graecanico loqui solent et

causam insuper, cur ita dictus videatur, quaesivit Welckerus de Cycl. Ep. p. 56, Helladici cognomen idem valere affirmans quod Sicyonii (cf. §. 8.), utrumque vero ideo Polemoni inditum esse, quia scripserit de pictoribus Sicyoniis, quorum secta Helladica plerumque vocetur. Quae sententia, etiamsi de homine ad librum eum transtuleris, tamen angustior est, quum secta Helladica diceretur non quia Sicyone florebat, sed quia opposita erat Asiaticae, ut *ὁ Ἑλλαδικὸς* sc. *λόγος* minime sit idem quod *ὁ Σικυώνιος*. Sed veram nominis rationem invenies infra §. 15.

§. 11. Librorum titulos antequam enumerem, si quid alienum Polemoni obtruditur, id removendum. Quo pertinet cyclus, quem nostro tribuit Welckerus de Cycl. Ep. p. 51 sqq., grammaticus, et quae cum hac coniectura coniuncta est, secta grammatica Polemoniorum. Nititur vir doctissimus in Schol. Il. III. 242, ubi post fabulam de Aphidna per Dioscuros diruta adiiciuntur haec: *ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἢ τοῖς κυκλικοῖς καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ.* Sic est in cod. Veneto. Didymi quae vocantur scholia habent *Πολεμωνίοις ἤτοι κυκλικοῖς.* In codice Leidensi nil nisi haec leguntur: *ἡ ἱστορία παρὰ κυκλικοῖς,* testibus Graevio ap. Fabric. B. G. I. p. 442. et Valckenario Opusc. II. p. 123. Iam mirum quanto opere in his verbis sudatum est ab iis, qui disputaverunt de cyclo epico; quorum quum alteri corrigendum esse existimarent, alteri cyclicorum hinc sectam vel Polemonis quoddam opus, scilicet quod ad cycli epici historiam gravissimum esset, expiscati sunt. Horum est Graevius, qui, *Πολεμωνίοις ἤτοι κυκλικοῖς* si vera lectio sit, rationem nullam se ait posse comminisci, nisi quod a Polemone quodam in unum corpus fuerint collecti cyclici, Polemone forte Euegeti filio; similiterque iudicaverunt Casaubonus, Dodwellus, alii, cf. Wuellner d. Cycl. Ep. p. 11 sq. Contrariam sententiam praeivit Fabricius l. l., qui legendum esse coniicit *παρὰ Πολέμωνι ἤτοι κυκλικοῖς.* Huic calculum adiecit Valckenarius l. l. sic scribens: „Non ignoro quae de illo loco viri magni scripserint; verum eo haec adfero, ut adnotem in Ms. Leidensi tantummodo legi *ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς κυκλικοῖς.* Credibile est in alio exemplari lectum *ἡ ἱστορία*

παρὰ Πολέμωνι, atque ea in unum coaluisse.“ Valckenarium sequuntur Heyne ad Il. III. 243, Wuellner l. c., Mueller de Cyclo p. 30. Et ipse Welckerus olim in hanc partem ivit, v. Alcman. fragm. p. 20, legendum esse ratus *παρὰ Πολέμωνι καὶ τοῖς κυκλικοῖς*. Nunc reiecta hac emendatione duas coniecturas tam ambiguo testimonio probare conatur, exstitisse cyclum grammaticum a Polemone Periegeta editum, et fuisse sectam Polemoniorum a Polemone repetendam, eandemque Cyclicorum dictam. Persuasit hanc sententiam censoribus suis, C. O. Muellero et Ulricio, itemque ei, qui nuper disputavit de cyclicis, Langio ueb. d. kykl. Dicht. p. 58. Nobis summatim repetere liceat quae contra monuimus in Ephem. Litt. Hal. a. 1837. p. 121 sqq. Ubi demonstravi primum, etiamsi illa verba recte haberent, *Πολεμωνίοις ἢ τοῖς κυκλικοῖς*, tamen minime inde colligi posse eosdem fuisse qui Polemonii dicuntur et qui cyclici, verum particulam *ἢ* in titulis allegandis plerumque disiunctive poni, velut ap. Athen. III. p. 95. F. *μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος*, XV. p. 682. E. *μέμνηται ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκώς, Ἡγησίας ἢ Στασῖνος*, similia. Accedit quod quae praeter nostrum locum deprehendisse sibi videtur Welckerus vestigia Polemoniorum s. cyclicorum, haec adeo ambigua sunt, ut nonnisi detorquendo verba et ad suam sententiam violenter aptando aliquam sibi veritatis speciem conciliare potuerit. Velut si apud Hesychium leguntur s. v. *παλαμίς, τεχνίτης, παρὰ τοῖς παλαμνίοις*, Welckerus scribendum esse autumat *παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις*, quum coll. Etym. M. p. 647, 40, Apollon. Lex. Hom. p. 127, 7, cett. apertum sit scribendum esse *παρὰ τὸ παλάμαι*. Deinde magnam opinioni suae auctoritatem fecisse putat hoc loco Eustathii p. 1494, 55. ad Odyss. IV. 248.: *δέκτην δὲ Ἀρίσταρχος μὲν τὸν ἐπαίτην λέγει, παρὰ τὸ δέχεσθαι, ὁ δὲ κυκλικός φασιν ἤγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητὴς ὀνοματικῶς ἀκούει τὴν λέξιν κτλ.*, ubi scribendum *ὁ δὲ κυκλικός, φασίν* sc. *οἱ παλαιοί, ἤγουν κτλ.* Hausit enim haec ex scholiis vetustis, quae ex cod. Ambros. Q. sic enotavit Maius: *οὐ κυκλικῶς τὸ δέκτη ὀνοματικῶς* *) *δ' ἀκούει, παρ' οὗ φησι τὸν*

*) Ita scribendum, non *ὀνομαστικῶς*, cf. Schol. Venet. Il. IV. 212. VI. 237, Apollon. Lex. Hom. p. 3, 23. 7, 4. 39, 26. Bekk.

Ὀδυσσέα τὰ ῥάκη λαβόντα μετημφιάσθαι· ὃς οὐκ ἦν ἐν ταῖς ναυσὶ τοιοῦτος, οἷος ὁ Ὀδυσσεὺς ἀχρεῖος. Ἀρίσταρχος δὲ δέκτῃ μὲν ἐπαίτῃ κτλ., qui locus ex Didymi, quem scripserat de lectionibus Aristarchi, commentario fluxisse videtur, quum sit de lectione Aristarchi contra Zenodotum puta proposita. Inde mihi quidem non dubium Eustathium refutandum esse, sive haec scholia in minus bono exemplo legerit *) sive ei offensioni fuit illud *οὐ κυκλικῶς*, quae est antiquiorum grammaticorum locutio, cf. Heinrich et Buttm. Schol. Odyss. p. 574 sq., Wuellner de Cycl. Ep. p. 30 sq., nos in Ephem. Hal. l. c. p. 124. Certe non intellexisse Eustathium quid scriberet ostendit monstrum illud, *ὁ κυκλικὸς ἤγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητής*, quae in suam opinionem attrectans Welckerus, de poeta cycliorum, inquit, erravit Thessalonicensis, de cyclico non erravit; nempe Polemonem docte indicavit. Sed mittantur haec et reliqua, quae magis etiam lubrica sunt et arcessita. Nam postquam ex Eustathio Polemonis cyclici iam satis videlicet certam effigiem condidit, pergit caeca cyclici vel cyclicorum vestigia per omne scholiastarum Homericorum corpus indagare, ut ubicunque citantur *ὁ κυκλικὸς* vel *οἱ κυκλικοί*, Polemonem sibi et Polemonios deprehendere videatur. De his disputatum est in Eph. Hal. l. l. p. 125 sqq. De unico illo, ubi Polemonii vere nominantur, loco equidem sic statuo ut in Fabricii et Valckenarii iudicio acquiescendum putem, id scholium ex diversis commentariis conflatum esse, quorum alter de fabula Helenae citaverat

---

*) Est in bibliotheca publica Hamburgensi codex ms., qui habet Odysseam cum scholiis vetustis, de quo paucis, sed parum explorate dixit Petersen, Geschichte der Hamb. Stadtbibl. p. 195. Is codex quum penes Nitzschium esset, copiam mihi fecit rogatu meo vir humanissimus scholia inspiciendi, an quid discreparent ab Ambrosianis ceterisque a Buttmanno collectis. Multum ea res mihi operae creavit, quum et difficillima lectu sint et vehementer corrupta: sed inveni haud pauca, quae alicuius momenti esse viderentur; quae mox separatim a me publicabuntur. In hoc igitur codice scholium illud ad Odyss. IV. 248. sic legitur: *δέκτῃ*] *ὁ κυκλικὸς ὀνοματικῶς ἀκούει, παρ' οὗ φησι τὸν Ὀδυσσέα κτλ.* Poterit haec in suam sententiam flectere Welckerus. Mihi Ambrosianam lectionem *οὐ κυκλικῶς, ὀνοματικῶς δὲ* unice sinceram esse persuasum est. Sed existimes inde antiquam hanc corruptionem esse et ipso Eustathio antiquiorem.

τοὺς κυκλικοὺς i. e. cyclum epicum, alter Alcmanem et Polemonem Periegetam.

§. 12. De iis quos vere Polemo edidit libris antequam speciatim dicam, omnium quotquot inveniuntur titulorum recensum subiicere iuvabit, ad eum ordinem dispositum, quem in ipsis fragmentis pertractandis secutus sum. De titulis monendum, nonnisi eos, qui graecis vocabulis concepti sunt, a veteribus afferri, ceteros a me, ut materiarum aliquis tenor efficeretur, interpositos esse.

I. *Περιήγησις κοσμική* (cf. §. 15.).

1. *Ἑλλαδικός* (cf. §. 15.).

a. Attica.

α. περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, libris quatuor. Frgm. I—V.

β. περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων. Frgm. VI.

γ. ἀναγραφὴ τῶν ἐπωνύμων τῶν δήμων καὶ φυλῶν. Frgm. VII—X.

δ. περὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ.

b. Argolica.

Frgm. XI—XIII.

c. Sicyonica.

α. περὶ τῆς Ποικίλης Στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι. Frgm. XIV. XV.

β. περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων. Frgm. XVI. XVII.

d. Laconica.

α. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων. Frgm. XVIII—XX.

β. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων.

e. Eliaca.

Frgm. XXI—XXIII.

f. Arcadica.

Frgm. XXIV.

g. Boeotica.

Frgm. XXV.

περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων. Frgm. XXVI.

h. Phocica.

α. κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν.

β. περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν. Frgm. XXVII—XXIX.

i. Epirotica.

περὶ Δωδώνης. Frgm. XXX.

2. *Περιήγησις Ἰλίου*, libris III.
Frgm. XXXI—XXXIII.

3. De urbibus Ponticis, de Caria, insulis.

α. περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων.

β. Carica. Frgm. XXXIV. XXXV.

γ. De insulis.

περὶ Σαμοθράκης. Fragm. XXXVI.

4. De civitatibus Italiae et Siciliae.

κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν. Frgm. XXXVII. XXXVIII.

II. *Ἀντιγραφαί.*

1. *τὰ πρὸς Τίμαιον*, libris minimum duodecim.
Frgm. XXXIX—XLVI.

2. *περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας*, libris minimum duobus.
Frgm. XLVII—LII.

3. *πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαί.*
Frgm. LIII.

4. Adversus Istrum.
Frgm. LIV. LV.

5. *πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον*, libris minimum sex.
Frgm. LVI—LXIX.

III. *Ἐπιστολαί.*

1. *πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολή.*
Frgm. LXX—LXXII.

2. *πρὸς Διόφιλον περὶ τοῦ Μορύχου.*
Frgm. LXXIII—LXXV.

3. *πρὸς Ἀράνθιον.*
Frgm. LXXVI.

4. *περὶ ἀδόξων ὀνομάτων.*
Frgm. LXXVII. LXXVIII.

IV. Commentationes variae.

1. *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων.*
Frgm. LXXIX. LXXX.

2. *περὶ ποταμῶν, περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν, περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν.*
   Frgm. LXXXI—LXXXIII.
3. *περὶ θαυμασίων.*
   Frgm. LXXXIV.
4. *περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων.*
   Frgm. LXXXV.
5. *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου.*
   Frgm. LXXXVI.
6. *περὶ τοῦ δίου κωδίου.*
   Frgm. LXXXVII. LXXXVIII.
7. *περὶ Ἄρτου.*
   Frgm. LXXXIX.
8. Varia incertae sedis.
   Frgm. XC—CI.

§. 13. De singulorum titulorum formulis et auctoribus adeas velim praefationes singulorum librorum. In universum tenendum, me non modo fragmenta titulosque fragmentorum colligere voluisse, sed vel maxime id egisse, ut quis operum ambitus, qui rerum per singula opera tractatarum ordo, quae dispositio fuerit quantum eius fieri posset investigarem. In qua re profectus sum inde, quod demonstraverunt permulti (cf. O. Iahn Palamedes p. 32 sq.), titulorum qui in scriptoribus citandis solent a scholiastis, lexicographis, ceteris eiuscemodi auctoribus afferri diversissimam rationem esse, ut alius operis alicuius totius, alius libri, alius capitis vel etiam subiectae sectionis fuisse videatur. Iam si quaeritur quo quisque titulus referendus sit, utrum librum eo inscriptum fuisse putemus an caput subiectum, facilis diiudicatio est, si numerus libri additur titulo, velut *Πολέμων ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον*, similia: patet *τὰ πρὸς Τίμαιον* opus particulare fuisse. Impeditum vero est de iis statuere, de quibus sola formula inscriptionis constat, velut quos in nostro laudat Suidas, *περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων*, cett.: vel si ex paucis tantum fragmentis de inscriptionis alicuius ambitu et ratione iudicandum est. Quibus de dubitationibus quum certa regula constitui nequeat, secutus sum quod mihi verisimillimum

videbatur, ut alias inscriptiones operibus totis, alias capitibus subiectis assignarem; de qua re velim singula fragmenta conferas cum indice librorum modo proposito. De fragmentis disponendis adiiciendum, me non solitum morem secutum esse, quo nomina tantum titulorum respiciuntur, argumenta locorum negliguntur, ut si quod fragmentum sine indice libri unde sumtum sit laudatur, hoc inter incerta reiiciatur, etiamsi pateat ex argumento, eum locum ad certam aliquam earum quae exstent inscriptionum referendum esse. Enimvero non eodem ego incerta fragmenta omnia loco habenda putavi, verum si quod ad certum librum accommodari posse videbatur, hoc eo revocavi, apposito tamen ad numerum fragmenti asterisco, ut ne deciperentur lectores.

§. 14. Vides me omnia Polemonis opera in quatuor classes digessisse, quarum prima inscripta est *Περιήγησις κοσμική*, altera *Ἀντιγραφαί*, tertia *Ἐπιστολαί*, quarta *Commentationes variae*. Ad *περιήγησιν κοσμικήν*, quam formulam habet Suidas (tu confer §. 15.), retuli quicquid ad particularem singularum civitatum tractationem et descriptionem pertinere videbatur, ut per hanc in proprio illo sibi genere litterarum Polemonem deprehendas, unde gessit nomen periegetae. Reliqua sunt eiusdem argumenti, quod eundem semper colorem, periegeticae illum arti proprium, habet; verum sunt haec a singularum urbium commemoratione separata, quum alia ita perscripta sint, ut adversus aliorum de iisdem locis commentarios ederentur, alia doctis epistolis concepta, aliorum denique argumenta libris singularibus ad argumenti rationem inscriptis exposita sint. Prioribus classem secundam dedi, quam inscripsi nomine *ἀντιγραφῶν*, ad similitudinem tituli ab Athenaeo servati XIII. p. 602. C. *Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν ταῖς πρὸς τὸν Νεάνθην ἀντιγραφαῖς.* Ceterum mirere quot altercationes moverit noster, quum et adversus Timaeum Siculum et adversus Eratosthenem et Neanthem, Istrum, Adaeum et Antigonum scriptitaverit, unde nescio quid malae existimationis Polemoni inter recentiores adspersum est, veluti Valesium supra vidimus nomen *Στηλοκόπα* eo referre, quasi *στηλιτεύοντος* omnes scriptores. Nescio an in laudem mei, ut solet evenire in

talibus scriptionibus, propensior sim, sed videtur mihi non tam inimice increpuisse in ceteros scriptores; certe unus tantum locus exstat, ubi scriptorem ipsum, non res ab scriptore tractatas petit, cf. frgm. LIV. Verum maxima horum scriptorum pars similis fuerit commentarii eius, quem ab Aristophane *πρὸς πίνακας* Callimachi praeceptoris editum fuisse tradunt, ut si quae a Timaeo, Eratosthene, ceteris praetermissa secusve explicata erant, ea illis libris correxerit atque compleverit. Consentiet, credo, mecum qui singula fragmenta comparaverit. — Ad classem tertiam quod attinet, habes epistolas doctas ad familiares datas, quibus hanc et illam materiam antiquariam uberius et peculiariter tractavit; velut ad Attalum scripsit de deorum cognominibus insolentioribus ex monimentis religionibusque singulorum locorum collectis et explicatis; ad Diophilum de proverbio *μωρότερος Μορύχου;* ad Aranthium de paeanibus passim, ni fallor, apud Graecos cantatis; ad alium, cuius nomen interiit, de nominibus *ἀδόξοις* i. e. quae habent infamiam, quale est nomen *παρασίτου.* In quartam classem reieci quaecunque parum quadrarent in ceteras classes. Argumenti genus idem etiam in his est, ad antiquitatum graecarum locos illustrandos pertinens atque ex monimentis locorum depromtum.

§. 15. De singulis inscriptionibus accuratius disputatum in capitum fragmentorumque praefationibus. De duabus tamen nunc disserendum, de titulo *περιηγήσεως κοσμικῆς ἤτοι γεωγραφίας*, qui est apud Suidam, et de nomine *Ἑλλαδικοῦ*, de quo v. Athen. XI. p. 479. F. XIII. p. 606. A. In priore patet quod additur *ἤτοι γεωγραφίαν* nihil esse nisi glossema Suidae, qui ex suae aetatis more confunderet *περιήγησιν* antiquariam et geographicam. Namque ipse Polemo quamquam multas terras obiit multasque gentes vidit, tamen ad excolendam geographiam non plus contulisse videtur quam qui et ipse periegesin composuit, Pausanias. Scripserunt illi de fluminibus singulis, montibus, urbibus; geographiam tamen, quae proprie vocabatur, minime attigerunt. Deinde similem usurpationem adiectivi *κοσμικός*, ut *περιήγησις κοσμικὴ* dicatur universalis, equidem legere non memini nisi apud Byzantinos, velut

apud Photium Bibl. Cod. 69. *ἀνεγνώσθη μοι βιβλίον ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας, ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος.* Propter similes, credo, rationes Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 519. tantum addo, inquit, Suidae quadam narratione, qui reliquisse eum *κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν* nulla profecto cum fide prodidit, Ukertum quod mireris in errorem esse inductum Geogr. I, 1. p. 141. Neque tamen prorsus mihi de hac inscriptione desperandum videtur, sed crediderim subesse aliam, velut eam, quae antiquioribus idem significabat, *περιήγησιν οἰκουμένης*, quam ad suae aetatis sermonem graece refinxerit Suidas, latine in alio scriptore reddidit is qui scripsit *expositionem totius mundi*, ab Hudsono in Geographis minoribus vol. III. editam. Certe étiamsi Polemo non omnes illos, quos ad primam classem retuli, tractatus una eademque editione publicaverit (separatim editos maxime eos dixeris, qui habent divisionem librorum, velut quatuor libros *περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως*, libros tres *περιηγήσεως Ἰλίου*), tamen potuit vel ipse vel posteriorum grammaticorum aliquis ex diversis istis commentariis unum corpus efficere, idque nominare *περιήγησιν οἰκουμένης.* — Ad *Ἑλλαδικὸν* quod attinet, non ipsum Polemonem, sed librum sic dictum fuisse supra demonstratum est, §. 10. Restant duae quaestiones, altera quid tribuendum putemus dubitationi Athenaei, quam ita exprimit, *Πολέμων ἢ ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν*, XI. p. 479. F. XIII. p. 606. A, altera de argumento Helladici. Quas antequam solvam, alius titulus proferendus, quem equidem statuo nihil aliud nisi interpretationem nominis *Ἑλλαδικοῦ* esse; qui titulus laudatur ab Iulio Africano apud Euseb. Praep. Evang. X. 10. p. 490. Colon. (cf. frgm. XIII.), *Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν*, et ab Scholiasta Aristidis in Panath. p. 188, 13. (cf. frgm. XI.), *Πολέμων ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ἱστορίᾳ.* Nam adiectivum *Ἑλλαδικὸς* nil nisi insolentior forma adiectivi *Ἑλληνικοῦ* est, quippe a substantivo *Ἑλλάς* derivata, ut vulgatior a substantivo *Ἕλλην*, velut Latini vulgo utuntur adiectivo Graeci, nonnullis locis Graecanicum dicunt vel, quod *Ἑλλαδικῷ* simillimum est, Graeciensem. Ceterum iam Xenophanes ap. Athen. IX. p. 368. F. *ἀοιδάων γένος Ἑλλα-*

δικόν, et inter recentiores Strabo VIII. p. 136. ed. Tauchn. *Ἑλλαδικὴ γεωγραφία*, et paulo post *ἐν οἷς καὶ τὰ Ἑλλαδικὰ κλίματα περιέχεται*: cf. quos citat L. Dindorf in Steph. Thes. L. G. vol. III. p. 756; adde Eustath. Dionys. P. p. 86, 18. *τὸ Ἑλλαδικὸν κλίμα*, p. 224, 26. *τοὺς Ἑλλαδικοὺς Ἡρακλῆ τε καὶ Διόνυσον*, all. Vides illos scriptores remotiorem formam commutasse cum notiore, quamquam quod *Ἑλλαδικὸν* sc. *λόγον* explicaverunt per *Ἑλληνικὴν ἱστορίαν* vel *Ἑλληνικὰς ἱστορίας*, hoc temere factum est. Nam si Athenaei locos, ubi citat Helladicum, comparamus (frgm. XXII. et XXVIII.), etiam hoc in opere Polemonem sibi constitisse et ut periegetam verum se gessisse videmus; altero enim loco disputat de donariis Olympiae asservatis, altero de donariis Delphicis. Quo si addis fragmenta illa ab Iulio Africano et Scholiasta Aristidis servata (frgm. XIII. et XI.), qui eundem librum, quem ipsi dicunt *ἱστορίαν Ἑλληνικήν*, de antiquitatibus Argorum adhibent, apte, ut mihi quidem videtur, collegeris *Ἑλλαδικὸν* Polemonis non de solis Delphis, Olympia, Argis fuisse, nedum, quod Welckerus opinatus erat (cf. §. 10.), de sola Sicyone, sed de omni Graecia, ut argumentum fere idem fuisse arbitrer atque id, quod Pausanias complexus est inscriptione *περιηγήσεως Ἑλλάδος*: quamquam Polemo etiam de Dodona peculiari sectione commentatus erat, quod Pausanias non fecit. Hanc igitur *περιήγησιν Ἑλλάδος* partem fuisse suspicor *περιηγήσεως* illius *οἰκουμένης*, eique propterea ceteros titulos, qui ad singularum civitatum graecarum periegesin pertinere viderentur, subiiciendos putavi. Secus iudicavit Groddeckius Init. Histor. Graec. Litter. Vol. II. p. 95. „Polemo —, qui splendidissima quaeque donaria in celeberrimarum urbium templis reposita subiunctis inscriptionibus in pluribus libris descripserat et Graecorum historiam, *λόγον ἑλληνικόν*, XI libris cum temporum notatione exposuerat,“ qui nimium tribuit mutationi isti tituli *Ἑλλαδικοῦ*, quam admisit Iulius Africanus, et de undecim libris historiae Graecorum quod scribit, Helladicum cum opere adversus Timaeum edito confudisse videtur. Quamquam apud Iulium Afr. l. l. si legitur *Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν*, coniicias inde etiam Helladicum in plures libros partitum

fuisse, fortasse similiter atque Pausaniae *περιήγησιν Ἑλλάδος*, ut primi libri fuerint de antiquitatibus Atticis et sic porro. Sed historicos noli putare hos libros fuisse; nam attigit quidem Polemo historiam tam in Helladicø quam in ceteris scriptionibus, verum fecit hoc nonnisi in transcursu et longe parcius quam Pausanias, ut minore etiam quam hic iure inter historicos apud Suidam numeretur. De temporum notatione quod scribit Groddeckius, cernis ex frgm. XIII. Polemonem tempora regulorum Argivorum distinxisse, sed erant tales quaestiones illi aetati satis usitatae, neque propterea de opere chronologico cogitandum. — Haec hactenus de argumento Helladici. Ad scrupulum Athenaei quod attinet, tenendum hanc formulam *Πολέμων ἢ ὁ ποιήσας κτλ.* non tam id significare, Polemonem hunc librum non scripsisse, quam dubium fuisse Polemo scripserit an alius; cf. quae de similibus formulis de carminibus posthomericis usurpatis disseruit Nitzschius Meletem. de Histor. Hom. fasc. II. P. IV. Kil. 1837. p. 19; cf. Hall. A. L. 1838. Ergänzungsbl. No. 18. Et patet talem dubitationem facile suboriri potuisse de libro, quem maxime in manibus peregrinantium fuisse credibile est, sicuti fieri solet in libris diuturno popularique usu tritis, ut abs quo primum editi sint minus principio curate quaeratur, deinde dubium fiat. Quamquam Helladicum Polemonis opus esse litteratis saltem hominibus satis exploratum fuisse videtur, quum ab Iulio Africano et Scholiasta Aristidis idem ei sine ulla cautione adscribatur, dummodo recte iudicem *Ἑλληνικὴν ἱστορίαν* idem opus esse quod *Ἑλλαδικόν*.

§. 16. Satis quaesitum de libris Polemonis: reliquum est ut dicam de doctrina eius ac fide, deque dicendi genere. Doctrina quanta fuerit et quam multiplex ipse cognoris, si placuerit fragmenta percurrere. Est autem ratio eius potissimum duplex, quum et in litteris esset doctissimus inque poetarum, historicorum, grammaticorum lectione versatissimus, et hanc ipsam doctrinam mirifice auxisset peregrinando monimentaque et inscriptiones usque sectando. De litterarum quantis excelluerit studiis velim adeas frgm. XLV, quod est de scriptoribus parodiarum, in quo ferme omnis nunc de hoc litterarum

genere quaestio innititur; et fragm. LXXVIII. de parasitorum denominatione, quam non solum ex inscriptionibus, verum etiam ex comicis historicisque sanequam egregia doctrina illustravit. Adde quae disputavit adversus Timaeum, Eratosthenem, Neanthem, Istrum, Adaeum et Antigonum, et quae commentatus est de loco Xenophontis in Agesilao (frgm. LXXXVI.) et de alio Thucydidis (frgm. LXXXIX.), et quod Aristotelis etiam testimoniis identidem utitur (cf. frgm. LXXVIII. extr. et not. ad frgm. LIX. LXXXV.), summi in rerum naturalium atque civilium disciplina auctoris. Ex quibus omnibus intimam eum cum litteris quibuscunque contraxisse familiaritatem intelligitur. Sed inprimis coluisse videtur comicos, ad quos ea aetate omne ferme antiquitatum Atticarum studium revocari solebat; velut in frgm. LXXXVI. citantur Cratinus *ἐν Πλούτοις*, Eupolis *ἐν Εἴλωσι*, Epicharmus *ἐν Ἐλπίδι*, *ἐν Περιάλλῳ*, et quae exquisitissimae in hoc genere doctrinae specimina exstant in aliis fragmentis alia. Neque dubium quin multorum comicorum testimonia, quibus nunc gloriatur Athenaeus, ex Polemonis ad hunc commentariis transierint, velut in dissertatione de parasitis, Athen. VI. cap. 26, non ea solum quae dedi in frgm. LXXVII, verum ex subsequentibus etiam plurima, inprimis quae allegantur ex comicis, ex Polemone exscripta esse affirmaverim. — Itinera quot fecerit et quam dissitas terras studiis suis obsequens peragraverit, et ex titulorum indice (§. 12.) et ex cognominibus quae habuit gentilibus (§. 8.) existimari potest. Optime procul dubio versatus erat in Graeciae urbibus, maxime Athenis Atticaque, cuius antiquitates praeter libros *περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως*, *περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων* etc. inprimis etiam opus adversus Eratosthenem editum tractabat; v. quae in praefatione huius libri disputantur. Porro visit Argos, Sicyonem, Spartam, quam suis oculis eum lustrasse patet ex frgm. XVII, Phliuntem, cf. frgm. LVIII, Olympiam, Thebas, Delphos, Thessaliam, cf. frgm. XLIV, Dodonam. Deinde eos campos sedulo perquisivit, in quibus ipse natus erat et iuvenis adoleverat, celebratissimos illos tot epicorum luminibus, de quibus exposuit tribus libris *περιηγήσεως Ἰλίου;* itemque Bithy-

niae et Cariae urbes obiit, cf. frgm. XXXIV sqq. Etiam ad insulas traiecit et Samothracem, nobilem illam prisca Cabirorum religione, propria scriptione circumvectavit; cf. frgm. XXXVI. Neque Chium Erythrasque vicinas et Rhodum non visitavit, v. frgm. LXXX, atque Sami adeo versatus erat, ut *Σάμιος* aequalibus appellaretur, v. Athen. VI. p. 234. D. In cuius insulae descriptione ea explicatissime a Polemone tractata esse puto, ad quae paucis verbis alludit Strabo XIV. p. 169. *τὸ Ἡραῖον, ἀρχαῖον ἱερόν, καὶ νεὼς μέγας, ὃς νῦν πινακοθήκη ἐστί· χωρὶς δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐνταῦθα κειμένων πινάκων ἄλλαι πινακοθῆκαι καὶ ναΐσκοι τινές εἰσι, πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν· τό τε ὕπαιθρον ὁμοίως μεστόν ἐστι τῶν ἀρίστων ἀνδριάντων κτλ.* — Perrexit etiam in Italiam Siciliamque, cf. frgm. XXXVII sqq., et inprimis Syracusis multam curam tribuit, quippe signis, tabulis, omnis denique generis ornamentis maxime tunc abundantibus; quae cura exstat in fragmentis operis adversus Timaeum Siculum editi, cf. frgm. XXXIX. XLIV. XLV. not., XLVI, et in fragmentis epistolae ad Diophilum scriptae; LXXIII sqq. Carthagine quoque Polemonem aliquantisper commoratum esse patet ex frgm. LXXXV, neque hoc mirum, quum splendidissimum illud Africae caput Graecis illis temporibus frequentissimum fuisse satis constet. Alexandriam denique nostrum aeque bene atque patriam et Athenas novisse crediderim; cf. §. 7. — Per omnia itinera autem et ubicunque versaretur uni eidemque studio eum intentum fuisse tenendum, ut monimenta locorum, ut signa, tabulas pictas (v. praef. operis adversus Adaeum et Antigonum inscripti), ut inscriptiones investigaret et litteris antiquariaque illa, qua solebant ista tractari, doctrina explicaret; unde egregii rursus ad omnia litterarum antiquitatumque studia fructus redundarunt. Neque tamen mortuis tantummodo illis fontium documentis usus est, sed vivos etiam consultabat, populares singularum regionum narrationes ac fabulas consectatus et incolas de moribus ritibusque locorum percontatus; de qua re constat ex Athenaeo IV. p. 138. F, frgm. LXXXVI, ubi verba *οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους κτλ.* referenda sunt ad Spartanum, cuius mentio excidit, quem de

sua patria sibi narrantem induxerat scilicet Polemo; quod fugit Casaubonum, qui inde colligi statuit, Polemonem natione Spartanum fuisse. Eodem pertinet quod religionum etiam festorumque et caerimoniarum per singulas civitates solennium sedulam curam habuit; unde multae ab hoc de talibus rebus notationes gravissimae exstant, cf. frgm. XLI sq. XLIX. LXXXVI sqq.

§. 17. Tanta doctrina tantaque diligentia effecit, ut insigni eum et aequales et posteriores prosequerentur aestimatione; quae laus florentissima erat temporibus Didymi, Strabonis, Plutarchi, Athenaei, qui testimonia eius saepissime adhibent. Inferioribus temporibus opera Polemonis non amplius curae fuisse videntur, ut mox interciderint. Nam quod in ceterorum quoque eiusdem aetatis scriptorum permultos cadit, de quibus nunc nonnisi ex fragmentis iudicatur, idem valet de Polemone. Accuratissime hi et doctissime ut sua aetate quas quisque tractaverat res explicaverant, verum succrevit alia soboles, quae eadem studia coluit partim ad usum accommodatius, partim etiam doctius ac melius. Ita factum arbitror, ut Polemonis scripta primum a litteratis, deinde a librariis neglecta sint, denique oblivioni obiicerentur. Antiquiores vero quanti eum fecerint tum ex disertis nonnullorum testimoniis, tum inde intelligitur, quod doctissimus quisque eius scriptis usus est. Testimonia praesto sunt primum Plutarchi, optimi talium rerum aestimatoris, qui in Sympos. Quaestt. V, 2. (frgm. XXVII.) *τοῖς δὲ Πολέμωνος*, inquit, *τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρή, πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός.* Similiter iudicat Stephanus Byzantius, qui eo loco sequitur Aristidem Milesium, de quo scriptore dixi ad frgm. XXX. v. Steph. B. v. *Δωδώνη· — προσθετέον οὖν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ.* — Si eos quaeris, qui Polemone usi sint eiusque reliquias ad nostram aetatem propagaverint, mittenda sunt nomina illorum, quibus nunc plurima fragmentorum pars debetur, lexicographorum, scholiastarum, Athenaei: qui rivulos suos duxerunt ex laeta ubertate antiquiorum commen-

tariorum, lectissima olim doctrina refertissimorum, nunc praeter pauculas reliquias exstinctorum. Inter quos cumprimis nominandus Didymus Alexandrinus, Aristarchi discipulus. Is toties nostrum adhibuisse videtur, ut plurimam, quotquot nunc exstant, fragmentorum partem ex huius commentariis, quibus omnes ferme scriptores adornaverat, repetendam putem; saltem in permultis certa Didymi vestigia deprehenduntur, v. frgm. II. IV. XXIII. XXXVI. LXXXVI. XCII. XCIX. CI. Ac semel quidem Didymus dissidet a Polemone et adversus eum disputat (cf. frgm. LXXXVI.); plurimis tamen locis in testimoniis nostri ita acquiescit, ut optimum eius de Polemonis fide ac doctrina iudicium fuisse oporteat. Didymo adde Aristonicum, qui illi suppar erat, cui debemus frgm. XXVI. Hos autem constat ex Aristarchi schola fuisse, quo argumento supra usus sum contra Wegenerum, §. 7. Verum talis noster erat, ut eius doctrina et Aristarchei et Cratetei iuxta egerent, sicuti etiam Herodicum Crateteum eius mentionem iniicere vidimus; cf. supra §. 5. et frgm. LXXVIII. Nominandi praeter hos Diodorus Magnes (v. frgm. V. LXVII sqq.), Ammonius *ὁ Λαμπτρεύς*, qui scripserat *περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν* (frgm. LXXXVIII.), Heraclides Mopseates et Asclepiades Myrleanus, cf. §. 4. et 8.; quorum omnium aetas in idem illud saeculum incidisse videtur, ante Christum natum proximum, quo laudes Polemonis summe florebant. De quibus potissimum rebus hi scriptores eum consuluerint quum ex fragmentis pateat, tum ex omni earum litterarum, in quibus Polemo excelluit, ratione existimari potest. Easdem videlicet res hic illis viris suppeditabat, de quibus nos adhibere solemus Pausaniam. — Inter eos scriptores quorum opera etiamnunc exstant, Strabo et Plutarchus nostrum et nominant plus semel neque non aliis locis, ubi nomen eius siletur, eum usurpasse videntur. De Strabone cf. not. ad frgm. XXX. et LXXXI, de Plutarcho frgm. VII. XXXVIII. LXVI. c. nott., et ubi de statuis donariisque Delphicis memorat quae periegetam redolent, de Aud. Poet. 3, Quaestt. Symp. V. 1, de Pyth. Orac. 2. Plurima tamen fragmenta servavit Athenaeus Naucratita, qui et ipse forsitan

Polemonis libros inspexit, sed maximam partem, quae eius consuetudo est, ex antiquiorum operibus transscripsisse videtur. Idem cadit in Clementem Alexandrinum, cuius doctrina antiquaria, quam ostentat inprimis Protrepticus, bonam partem ex nostro deducta videtur; v. praef. epistolae ad Attalum scriptae; itemque in Harpocrationem, Hesychium, ceteros.

§. 18. Denique pauca adiicere iuvabit de dicendi ac disserendi genere, quod sequitur Polemo. Erat illa aetas omnino rebus quam orationi intentior; quo accedit quod argumentum nostri frigidum plerumque ac minime capax facundiae erat. Insolentior fuisset, si nitorem et elegantiam elocutionis captasset. Praeterea reputandum quod commentarii eius ex impeditissima adnotationum, quas sibi peregrinabundus undecunque constipaverat, supellectile elaborandi erant. Quocirca res in libris eius magis ad instar adversariorum congestas quam ad artis rationem digestas fuisse crediderim; certe talis fragmentorum indoles est. Plerumque opus suum ita aggreditur, ut quod viderat audieratve breviter ac nude enarret (frgm. LXXXV.), donaria potissimum (frgm. XXII.) et picturarum argumenta (frgm. LX. LXIII.) ad indicis siccitatem adumbret; parique modo defungitur enarratione statuarum, monimentorum omnium, inscriptionum, ut solent rerum plenissimi verborum parcissimi esse. Multus est in aliorum testimoniis apponendis, qua in re sequitur suae aetatis morem, quo ad taedium usque legentium iam Chrysippus abusus erat. Suum ipsius iudicium raro et paucis admodum verbis interponere solet. Vituperaveris quod brevitati adeo nonnunquam studet, ut obscurior fiat, cf. frgm. LVI. LXXXVI. not. Denique in iunctura propositionum exilior est, quae negligentia maxime comparet in frgm. LXXXV, quamquam ibi infinitum illud δὲ — δὲ — δὲ non tam Polemoni dixeris tribuendum, quam Macrobio, qui illum amputaverit.

CAPUT II.

FRAGMENTA POLEMONIS COLLECTA, DISPOSITA, NOTIS AUCTA.

Haesitabam utrum omnia fragmenta enotarem an potissima tantummodo, hoc est ea, in quibus propria illa Polemonis et periegetarum ars atque ratio luculentissime cerneretur, ceterorum locis tantum atque argumento breviter indicatis. Et erunt, opinor, qui maluerint me paucis, quae alicuius momenti essent, acquievisse, quam omnia interque ea multa futilia excussisse. Sed exstiterunt mihi amici suasores ut omnia amplecterer. Semel confice rem, inquiebant. Confecta res erit, si quicquid exstat ab istoc tuo Polemone, id proposueris, enarraveris, ad certam operis seriem revocaveris. In fragmentis colligendis qui alia promunt alia retinent, hi et in scriptorem, in quo elaborant, et in lectores iniquiores esse videntur: in lectores, quum suum ipsorum iudicium, quo haec reiiciunt, illa praeferunt, veluti iniungant usuris eo qui paratur libro: in scriptorem, quum scriptoris alicuius ex iis, quae ab eo exstant, integrandi similis ratio sit atque signi ex fragmentis instaurandi, in quo opere etiam minimarum antiqui marmoris particularum est aliquod ad veram speciem revocandam momentum. Denique nisi tu ipse opus tuum continuo absolveris, mature exsistet alius, qui hoc susceperit. Talibus ego argumentis quum obsequendum putaverim, en accipe quotquot mihi investigare contigit Polemonis Periegetae fragmenta, ad eum ordinem, quem capite I. §. 12. exposui, digesta et quantum ad ipsos locos ceterosque aliquos antiquitatum graecarum attinebat illustrata.

I. *Περιήγησις κοσμική.*

1. *Ἑλλαδικός.*

De periegesi universali dictum cap. I. §. 15, eodemque loco de Helladici inscriptione et argumento disputatum. Habes in sequentibus fragmenta Attica, Argolica, Sicyonica, Laconica, Eliaca, Arcadica, Boeotica, Phocica, Epirotica. De Atticis praefandum quod nuper disceptaverunt viri docti, utrum Atthidem Polemo scripsisse putandus sit, nec ne. Affirmavit illud Fritzschius Quaestt. Aristoph. p. 31; cui quum contradixisset Meierus Hal. A. L. Z. 1836. No. 66, perseveravit ille in sententia sua, Euphros. I. 1. p. 36, Groddeckium testatus, qui in Init. Histor. Gr. Litt. II. p. 95, postquam dixerat de Atthidum scriptoribus a Siebelisio collectis: „In eundem," inquit, „scriptorum censum referendus Polemo Periegetes," quod utique recte positum est, neque tamen illam, quam Fritzschius vult, asseverationem habet. Sed fecit cum hoc Bernhardy Grundriss d. Griech. Litt. I. p. 385: „denen die Verfasser von *Ἀτθίδες* sich anreihen, Polemon an der Spitze." Et poterit omnino, prout *Ἀτθίδος* nomen accipias, in utramque sententiam disputari. Pausanias primum periegeseos ab se editae librum inscripsit *Ἀττικά*: nihilominus ipse hunc commentariorum librum plus semel appellat *τὴν Ἀτθίδα συγγραφήν*, II. 21, 5. III. 11, 1. al. Itaque, licet hic ipse titulus inter fragmenta Polemonis non inveniatur, tamen, si argumentum respicias, optimo iure *Ἀτθίδα* eum edidisse dicere poteris. Contra de *Ἀτθίδων* scriptoribus si ex Philochori exemplo iudicare placeat, aliquantum inter hoc litterarum genus et periegetarum commentarios interfuerit. Atthidum enim ratio historica potissimum erat. Si de monimentis etiam publicis inscriptionibusque passim commemorabant, fecerunt hoc in transcursu et quantum licebat per id, quod operis caput erat, ut continuaretur rerum gestarum enarratio. Periegeticarum scriptionum opposita ratio erat; totae erant in monimentis locorum antiquitatibusque inde illustrandis; si historiam tangebant, fecerunt hoc carptim et sine ulla historicae compositionis affectatione. Erat quidem etiam Istri Cal-

limachei Atthis, quae magis antiquitates Atticas, incerto ordine fusas, quam historiam continuisse videtur; sed dixeris hos commentarios ab ipso auctore non *Ἀτθίδα*, sed *Ἀττικὰς συναγωγὰς* inscriptos fuisse; cf. Siebelis Phanodemi etc. fragmenta, praef. p. XX. Porro si Pausaniae liber primus ab ipso *Ἀτθὶς* vocatur, hoc nomine non tam partes periegeticas quam historicas, quas multas interseruerit, dici affirmaveris. — Ita res in utramque partem speciosior est, sed eadem levior.

a. Attica.

α. περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως.

Titulum posui ex Athenaeo XI. p. 472. B. (frgm. I.), qui alio loco (frgm. II.) brevius *Πολέμων ἐν πρώτῳ περὶ τῆς ἀκροπόλεως*, cf. Harpocr. et Marcellin. in frgm. III. IV. V. Argumentum et librorum numerum indicat Strabo IX. p. 240. ed. Tauchn. *Πολέμων δὲ ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν ἀκροπόλει* *). Simile opus condiderat Heliodorus Atheniensis, quindecim id libris comprehensum, quo Polemonis in his litteris laudes obscuratae esse videntur. Numerus iste librorum ne nimius videatur, tenendum *ἀνάθημα* dictum fuisse quicquid diis heroibusve in locis sacris dedicatum erat, etiam minutiorem istam supellectilem, cuius singula genera tantum non omnia enumerat Epicharmus *ἐν τοῖς Θεαροῖς* ap. Athen. VIII. p. 362. B, cf. IX. p. 408. D. *οἱ θεωροὶ καθορῶντες τὰ ἐν Πυθοῖ ἀναθήματα καὶ περὶ ἑκάστου λέγοντές φασι καὶ τάδε· κιθάρα, τρίποδες* **), *ἅρματα, τράπεζαι χαλκέαι, χειρόνιβα, λοιβάσια, λέβητες χάλκεοι, κρατῆρες, ὀδελοί.* Etiam signa et tabulae pictae, quae diis dedicata erant, inter *ἀναθήματα* numerabantur, cf. Paus. V. 21, 1. *ἐν ἀκροπόλει μὲν γὰρ τῇ Ἀθήνησιν οἵ τε ἀνδριάντες καὶ ὁπόσα ἄλλα, τὰ*

---

*) In sequentibus, *Ἐλευσῖνά τε εἰπὼν κτλ.*, non de Polemone sermo est, sed de Hegesia, quem *Strabo* dicit ex centum septuaginta quatuor quot numerentur (*ὥς φασιν*) demis solam Eleusinem nominasse; quod moneo contra C. Fr. Hermannum Staatsalterth. §. 111. not. 8. et Schoemannum Antiquitatt. iur. publ. Graec. p. 202.

**) Haec Apollini peculiaria erant.

πάντα ἐστὶν ὁμοίως ἀναθήματα: neque ubi de ornamentis aedium sacrarum dicebant periegetae, potuerunt fere quin etiam de ipsis aedificiis quae ad suam materiam attinebant edissertarent; saltem hoc fecit Heliodorus (cf. cap. III. §. 12.), quum Polemonem magis de inscriptionibus, quae in donariis conspiciebantur, deque rebus ad historiam artium et litterarum memorabilibus dixisse ex fragmentis cernatur. In donariorum enumeratione egregie adiuvabantur publicis illis *ἀναγραφαῖς* a quaestoribus opum sacrarum ex officio propositis, quae memorantur apud Poll. X. 126. *καὶ σταθμία δὲ χαλκᾶ ἐν τῇ ἐπ' Ἀλκιβιάδου ἄρχοντος ἀναγραφῇ τῶν ἐν ἀκροπόλει ἀναθημάτων ἀναγέγραπται,* et quarum multa exempla exstant in Corpore Inscriptionum No. 150 sqq., cf. No. 2852 sqq. et Boeckh ibid. Vol. I. p. 176 sq.: quamquam hae tabulae quaestoriae de iis tantum donariis, quae habebant pretium, referebant. — Pausanias, ubi de arce Atheniensi disserit (I. 22. §. 4. — 28. §. 3.), perpauca excerpsit ex materia amplissima. Potest tamen etiam sic indicio esse et quo modo periegetae has res tractaverint, et de aliquot fragmentis Polemonis ad quae arcis monimenta pertinuerint, cf. not. ad. frgm. II. IV.

Ex libro primo.

I. Athen. XI. p. 472. B. C. *Πολέμων δ' ἐν πρώτῃ περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως οὐδετέρως ὠνόμασεν* (sc. *τὰ θηρίκλεια*) *εἰπών· „τὰ χρυσᾶ θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμος ἀνέθηκεν.“*

Vulgo dicebant *τὴν θηρίκλειον* sc. *κύλικα*, in quem usum ab Athenaeo laudantur Menander (cf. Meineke p. 80.) Dioxippus, alii. *Τὸ θηρίκλειον* sc. *ποτήριον* legitur etiam in tabula quaestoria, Corp. Inscr. No. 139. vs. 8. 9: *θηρίκλειον περίχρυσον. στάχυες ΔΙ. ἄνω ὑποξύλου καταχρύσου...* De ipsis Thericleis, quorum fabrica Athenienses insignes erant, notum ex Athenaeo p. 470. E — 472. E, cf. Hesych. v. *θηρίκλειος*, all. Nomen habebant ab Thericle, figulo Corinthio, qui vixit circa Ol. 90.

II. Athen. XI. p. 486. C. *Λυκιουργεῖς· φιάλαι τινὲς οὕτω καλοῦνται ὑπὸ Λυκίου τινὸς τοῦ κατεσκευασμένου. — — μνημονεύει —*

Δημοσθένης ἐν — τῷ πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως, λέγων οὕτως· „φιάλας Λυκιουργεῖς δύο,“ ὅπερ ἐξηγούμενος Δίδυμος ὁ γραμματικὸς τὰς ὑπὸ Λυκίου φησὶ κατεσκευασμένας. ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῳ περὶ ἀκροπόλεως.

Pro *Λυκίου τινὸς* vulgo editur *Λύκωνος*. Sequentia plene leguntur sic: *μνημονεύει τοῦ Λύκωνος Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου κἀν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως*, sed neque in oratione de corona ulla fit Lyconis, rectius Lycii, vel poculorum ab illo nominatorum mentio, neque in orat. adv. Timotheum alia praeter ista, quae supra apposita sunt, vocabula inveniuntur, v. §. 31. p. 1193, 11. Bekk. Delevi igitur quae glossema sunt vel festinantius ab Athenaeo ex Didymo descripta. — Ab eodem Didymo apertum est Polemonis testimonium appositum fuisse indeque ad Athenaeum transiisse. Didymi *εἰς Δημοσθένην ὑπομνήματα* laudantur etiam Harpocr. s. v. *γαμήλια* et *ἔνθρυπτα*. Locum de pateris quae *Λυκιουργεῖς* dicebantur, omissis Didymi et Polemonis nominibus repetunt Harpocr. Phot. Suid. s. v. De Lycio, Myronis filio, constat ex Paus. I. 23, 8, unde simul in cuius signi enarratione a Polemone de hoc artifice disputatum sit coniici potest: *καὶ ἄλλα ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει θεασάμενος οἶδα, Λυκίου τοῦ Μύρωνος χαλκοῦν παῖδα, ὃς τὸ περιρραντήριον ἔχει.* Myronem constat floruisse circa Ol. 87. Lycius igitur (discipulum Myronis dicit Plin. H. N. XXXIV. 8, 19.) artem ante Ol. 90. vix exercuerit, cf. Sillig Catal. Artif. p. 249 sq. 281 sq. Myro Atheniensis vocatur a Paus. VI. 2, 1. 8, 3. 13, 1. Causam aperit Thiersch Epoch. Art. Gr. II. adnot. p. 64 sq. — Ab Lycio artifice pateras *Λυκιουργεῖς* dictas fuisse contra Didymum negat alius grammaticus ap. Athen. l. l., unde attinebunt haec: *ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γινόμενον, ἀλλ' ἀπὸ πόλεων ἢ ἐθνῶν.* Exemplo sunt *Ναξιουργὴς κάνθαρος* (cf. Schol. Arist. Pac. 143.), *κλίνη Μιλησιουργής, δίφρος Μιλησιουργής, κλίνη Χιουργής, τράπεζα Ῥηνιουργής* (a Rhenide insula, de qua non cogitavit Bach Crit. p. 95.), quibus adde ex Anacreonte. frgm. XCI. Bergk., *Καριουργέος ὀχάνοιο*, ex Callixeno Rhodio ap. Athen. V. p. 205. C. *κεφαλαὶ (κιόνων)*

Κορινθιουργεῖς, ib. p. 199. E. *κρατῆρες Κορινθιουργεῖς δύο.* Adiiciuntur deinde ab illo grammatico: *μήποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ* (VII. 76.), *ὡς καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει* (l. c.) *γραπτέον Λυκιοεργέας, ἵν' ἀκούηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα*, quod de Herodoto proposuit etiam Bergk Anacr. p. 225, *Λυκιευργέας* scribendum esse iudicans. Et omnino mirandum quod tam sana sententia prolata grammaticorum traditio non modo reiecit originationem Didymi, sed magis etiam a vero aberravit, quum et in Herodoto et in Demosthene ex optimis nunc codicibus edatur *Λυκοεργέας* et *Λυκουργεῖς*, in quas lectiones consentiunt haec in Lex. rh. apud Bekk. Anecd. p. 277. *Λυκουργεῖς* (v. *Λυκουργείους*), *εἶδος φιαλῶν κληθεισῶν ἀπὸ Λυκούργου τινὸς πρώτου πεποιηκότος*, ubi pro antiquo illo Lycio comparet Lycurgus nescio quis commenticius.

Ex libris incertis.

III. Harpocr. s. v. *Νεμέας Χαράδρα. Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερίδης. — ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀκροπόλεως παρατίθεται ψήφισμα, καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνῃσιν ὄνομα πεντετηρίδος τίθεσθαι δούλῃ ἢ ἀπελευθέρᾳ ἢ πόρνῃ ἢ αὐλητρίδι. ἄξιον οὖν ἀπορῆσαι πῶς οὕτως ὠνομάζετο ἡ αὐλητρίς.*

De eadem re Athen. XIII. p. 587. C. eandem *ἀπορίαν* movens addit haec: *κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως.* Nobis satis constat Athenienses ad leges sanciendas proniores fuisse quam ad invigilandum legibus diligentiores. Apud ipsum Athen. p. 587. E. memoratur meretrix *Ἰσθμιὰς* nominata, itemque alia p. 595. F. *Πυθιονίκη*, satis haec famosa ex historia Harpali.

IV. Marcellin. Vit. Thucyd. §. 16. p. 317. Poppo. *μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο, ὅτι Ὅρολος ὁ πατὴρ αὐτῷ (τῷ Θουκυδίδῃ) ἐστι, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ῥ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ ... αὕτη γὰρ ἡ γραφή, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὅρολός ἐστιν ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ ταφοῦ αὐτοῦ κειμένη, ἔνθα κεχάρακται· Θουκυδίδης Ὅρόλου Ἁλιμούσιος [ἐνθάδε κεῖται]. §. 17. πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κι-*

μώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκονται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντες· ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ, ἔνθα καὶ Τιμόθεον υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι προσιστορεῖ.

Post *τῆς δὲ δευτέρας τὸ* $\overline{\lambda}$ lacunam indicavi: deest *οὐκ Ὄλορος* vel simile. In sequentibus *ἐνθάδε κεῖται* desunt in cod. Palat., aperte adiecta a grammaticis recentioribus, cf. §. 55. *τινὲς δὲ προσέθηκαν καὶ τὸ ἐνθάδε κεῖται.* — *εὑρίσκονται ὄντες* dedi ex coniectura Heysii de Herod. p. 79. In codd. est *ὄντως*, Aemil. Portus malebat *ὄντος*, Poppo *ὤν*. — Pro *Τιμόθεον* cod. .. *θεο.*, quod complevit Stephanus. — Totus locus videtur esse excerptum ex commentariis Didymi, qui nescio ubi de vita Thucydidis copiosius exposuerat; ni cum Hudsono statuas hunc Didymum non Alexandrinum esse, sed Didymum Claudium, quem *περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ* scripsisse testantur Suidas s. v., Eudoc. p. 133. Redit eiusdem nomen apud Marcellin. §. 32. *Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν (τὸν Θουκυδίδην) — — καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι*: itemque de portis Melitidibus infra §. 55. testis producitur Antyllus rhetor, de quo cf. Marcellin. §. 22. et Scholia Thucyd. III, 95. IV. 19. 28. De Polemone dubium quid testatus sit praeter id quod Timotheum Thucydidis f. nominaverat. Credo eum de sepulcris Cimoniis deque inscriptione illa sepulcrali auctorem ceteris fuisse. De quibus eadem opportunitate ab eo disputatum esse iudico, qua Thucydidis meminit Pausanias I. 23, 11. *Οἰνοβίῳ δὲ ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν.* Ostendebatur enim in arce statua Oenobii, epigrammate ut opinor ornata, quo Thucydidem per hunc Oenobium ex exsilio reducem factum esse spectantibus narrabatur. — Portae Melitides Lycabettum qui nunc dicitur montem spectasse videntur, cf. Muelleri Additam. ad Leake Topogr. Ath. ed. Rienaecker p. 461 sq., Epist. ad Forchhamm. p. 21 sq. Coele erat *χωρίον*, ut ait Marcellin. §. 55, quo vocabulo solent vici minores suburbani significari. Accuratius Herodotus VI. 103. *τέθαπται δὲ Κίμων* (pater Miltiadis) *πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ.* Cf. Heyse de Herodoto p. 79 sqq.,

Krueger de vita Thucyd. p. 26 sq., Baehr ed. Herod. vol. IV. p. 388. De Timotheo Thucydidis filio constat ex Suid. s. v. *Θουκυδίδης*.

V. Marcellin. Vit. Thucyd. §. 28. p. 324 sq. Poppo. *μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί. — — τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος.*

Sapiunt haec Demetrium Magnetem *ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων*, qui Polemonis testimonia multis locis adhibuisse videtur, cf. frgm. LXVII—LXIX. Ceterum cf. Schol. Arist. Vesp. v. 941. *τέτταρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι Ἀθηναῖοι, ὁ ἱστοριογράφος καὶ ὁ Γαρήττιος* (apud Marcellinum *Ἀχερδούσιος*, auctore Praxiphane) *καὶ ὁ Θετταλὸς* (i. q. *Φαρσάλιος*) *καὶ οὗτος* (sc. *ὁ Μιλησίου, ὃς Περικλεῖ διεπολιτεύσατο*) *ἄριστος ῥήτωρ τυγχάνων*. Cf. Schol. Arist. Acharn. v. 703. De Pharsalio Thucyd. VIII. 92.

β. περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων.

Citatur hic tractatus frgm. VI. *Τὰ Προπύλαια* sensu ampliore dicuntur et ipsa propylaea et quae cum iis iunctae erant cellae ad introitum propylaeorum aedificatae, quarum ea, quae ab sinistra parte erat, pictas tabulas continebat. De his scripserat Polemo, cuius commentarios interiisse eo magis dolendum est, quod Pausanias paucis tantum et valde ambiguis notationibus de picturis illis commemoravit, ut est ille omnino in Atticis iusto succinctior, credo propter multitudinem eorum, qui ante eum de iisdem rebus scripserant. Disputaverunt de loco Pausaniae I. 22, 6. *ἐν ἀριστερᾷ τῶν Προπυλαίων κτλ.* Boettiger Archaeol. d. Mahlerei p. 290 sqq., Sillig Catal. Artif. p. 374 sq., O. Mueller de Phidia I. 3, G. Hermann de pictura parietum p. 226 sqq. Opusc. vol. V, id potissimum quaerentes, quaenam ex picturis a Pausania memoratis Polygnoto, quae inferiori aetati tribuendae essent. Restat alia dubitatio, *αἱ γραφαὶ* quas dicit Pausanias utrum fuerint picturae in tabulis pictae parietibusque insertae (*πίνακες ἐνηρμοσμένοι*), an quae dicuntur *ἐντοίχιοι*, ipsis sacelli parietibus inductae; quod quominus accurate diiudicetur obstat

consueta illa Pausaniae in tabulis describendis obscuritas, de qua dixit Hermannus l. l. p. 224 sq. Potest tertia insuper ἀπορία moveri, tabulas istas utrum ab ipsis pictoribus eo consilio, ut propylaeis ornatui essent, conditas fuisse putemus, an fuerit illa cella pinacotheca talis, quales nunc haberi solent et quales etiam apud veteres passim reperiebantur (velut Delphis, v. frgm. XXVIII, Sami, v. Strabo XIV. p. 169. T., Athenis, v. Paus. I. 18, 9.), aedificium asservandis tabulis undecunque conquisitis inserviens. Verisimilius pinacothecam fuisse.

VI. Harpocr. p. 118, 21. s. v. *Λαμπάς.* — *τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδας, Παναθηναίοις καὶ Ἡφαιστείοις καὶ Προμηθείοις, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων.*

Eadem brevius et omisso Polemonis nomine ap. Phot. et Suid. v. *λαμπάδος;* cf. Schol. Aristoph. Ran. v. 131. *λαμπαδηδρομίαι γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως,* cf. ib. v. 1119. Disputaverunt de his locis, ut antiquiores praetermittam, Boeckh Oecon. civ. I. p. 496 sq., Welcker Aesch. Trilog. p. 121, Broendsted Iter et Quaestt. Hellen. II. p. 290, Baehr et Creuzer ad Herod. VI. 105. VIII. 98. De Hephaesteis, quae cum Apaturiis coniuncta erant, accuratius Ister apud Harpocr. l. l., Siebelis p. 60. Monueris neglecta a Polemone esse solennia *λαμπαδικὰ* Panis, Furiarum, Bendideorum; sed recte Meierus de Gentil. Att. p. 13. haec solennia iure a nostro praetermissa esse dicit, quum Pani non singulari aliquo die festo, sed Vulcanalibus lampadephoria instituta esse, Furiis autem nunquam ita hoc ludicri genus sacrum fuisse videatur, ut lampadephoria iusta dixeris; Bendideorum autem memoriam fortasse consulto omisisse Polemonem, quod et ea religio recens recepta in civitatem non diu locum suum obtinuisse videatur, neque eorum eadem, quae trium illorum festorum, pedestris, sed equestris erat lampadephoria.

γ. *ἀναγραφὴ τῶν ἐπωνύμων τῶν δήμων καὶ φυλῶν.*

Titulum posui ex Schol. Aristoph. Av. 646. (frgm. IX.), *ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν Πολέμων.* De

heroibus phylarum eponymis usitatissima antiquariis quaestio erat; de eponymis demorum (cf. Schoemann Antiqq. iur. publ. Gr. p. 204.) nemo, quantum sciam, praeter nostrum peculiariter quaesivit; quamquam et haec ipsa quaestio cum demorum enumeratione et perquisitione antiquaria, in qua plurimi inde ab Hellanico Lesbio (v. frgm. XVII sq. XCV sq. ed. Sturz) elaboraverant, coniuncta esse solebat. Neque tamen ita suo opere functus esse Polemo putandus est, quasi sola nomina recensuerit; verum addidit haud dubie de originibus et fabulis et de monimentis publicis demorum quae attinebant. Et in monimentis eum etiam per demos Atticos diligentissimum fuisse confirmatur fragmento LXXVIII: ad fabularem vero operis partem (quae qualia tractaverit existimari potest ex Platonis Lyside p. 205. C. al.) pertinere videtur fragm. X. de historia Aphidnae, cuius demi eponymus erat Aphidnus. Praeterea vix poterat quin grammaticas insuper quaestiones attingeret deque nominibus demorum demotarumque recte derivandis disputaret, quod facere solet Diodorus Periegeta apud Harpocrationem passim laudatus et quod neque a Polemone alienum fuisse apparet ex fragmento LXV. — Certa fragmenta non exstant praeter id quod numero nonum est. Ex incertis frgm. VII. huc retuli propter Demetriadem phylam, frgm. VIII. quia Pausaniam l. 8, 4. Demosthenis vitam persequi video, ubi disserit de eius statua prope statuas eponymorum posita, frgm. X. propter mentionem Aphidni.

VII**). Harpocr. p. 72, 22. s. v. *ἔνη καὶ νέα.* — *Πολέμων δέ φησιν ὅτι ἐκάλεσάν ποτε αὐτὴν Δημητριάδα ἐπὶ τιμῇ Δημητρίου τοῦ Μακεδόνος.*

Eadem Suidas s. v. *ἔνη καὶ νέα* et Polemone non nominato Plutarchus Vit. Demetr. c. 12, Schol. Aristoph. Nubb. 1125; cf. Osann Sylloge Inscr. p. 138. Videtur haec denominatio mox obsolevisse, ut ceterorum, quos in Demetrium profuse contulerant Athenienses, honorum pars plurima;

---

*) De asteriscis fragmentorum numeris appictis v. cap. I. §. 13. extr.

cf. Boeckh ueb. d. Plan der Atthis d. Philoch. Commentatt. Acad. Berol. 1832. p. 6.

VIII*. Diog. L. III. 46. *ἔνιοι δὲ καὶ Θεόφραστον ἀκοῦσαί φασιν αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Πλάτωνος*)· — *ὁμοίως Πολέμων ἱστορεῖ καὶ Δημοσθένην.*

Idem testatur Hermippus Callimacheus ap. Plut. Vit. Demosth. c. 5. *Ἕρμιππος δέ φησιν ἀδεσπότοις ὑπομνήμασιν ἐντυγχεῖν, ἐν οἷς ἐγέγραπτο τὸν Δημοσθένην συνεσχολακέναι.* Cf. Cic. Brut. c. 31. Orat. 4. de Orat. I. 20, qui dicit ipsum Demosthenem id *in quadam epistola* de se testari. In mente habebat ni fallor epistolarum, quae sub Demosthenis nomine feruntur, quintam p. 1490. Bekk., ubi summis Platonica philosophia laudibus cumulatur. Cf. Funkhaenel de Demosthene Platonis discipulo in Act. Soc. Gr. Lips. vol. I. fasc. II. p. 289—306.

IX. Schol. Aristoph. Avv. 646. *Κριὸς δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Κριοῦ τινος ὠνομασμένος. ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν Πολέμων.*

Demi nomen scribendum erat *Κριῶα*, v. Harpocr., Hesych., Phot., Steph. B. s. v.

X*. Schol. Venet. et Didymi ad Il. III. 242. *Ἑλένη ἁρπασθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἀγνοοῦσα τὸ συμβεβηκὸς μεταξὺ τοῖς ἀδελφοῖς Διοσκούροις κακόν, ὑπολαμβάνει δι' αἰσχύνης αὐτῆς μὴ πεπορεῦσθαι τούτους εἰς Ἴλιον, ἐπειδὴ προτέρως ὑπὸ Θησέως ἡρπάσθη, καθὼς προείρηται· διὰ γὰρ τὴν τότε γενομένην ἁρπαγὴν Ἄφιδνα πόλις Ἀττικῆς πορθεῖται, καὶ τιτρώσκεται Κάστωρ ὑπὸ Ἀφίδνου τοῦ τότε βασιλέως κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν. οἱ δὲ Διόσκουροι Θησέως μὴ τυγχάντες λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας. ἡ ἱστορία παρὰ Πολέμωνι ἢ τοῖς* (D. *ἤτοι*) *κυκλικοῖς καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ.*

De cyclicorum mentione cum Polemonis coniuncta v. cap. I. §. 11. Pro *τὰς Ἀθήνας* in Schol. Did. est *Ἀφίδνας*, sed cf. Apollod. III. 10, 7. et Pausan. I. 41, 5, qui item laudat Alcmanem, cf. Alcm. frgmm. p. 19 sq. Welcker.— Res (*ἡ πρὸς Ἀφίδνῃ μάχη* Paus. III. 18, 3, *ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ἐπὶ τὴν πόλιν* Lucian. de Saltu c. 40.) notissima atque ex iis, quas repetebat quicunque scripsit de antiquitatibus Atticis. Cf. Heyne in Apollod. l. c.

δ. περὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ.

Harpocr. p. 99, 26. *Ἱερὰ ὁδός ἐστιν ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα. βιβλίον οὖν ὅλον Πολέμωνι γέγραπται περὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ.* Ne unus quidem ex hoc commentario exstat locus. Acquiescendum in Pausania I. 36 — 38, hac etiam in parte succinctiore quam accuratiore.

b. Argolica.

XI. Schol. Aristid. Panath. p. 188, 13. vol. III. p. 322. Ddf. *λέγει δὲ ὁ Πολέμων ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ἱστορίᾳ ὅτι ἤρισαν καὶ περὶ τοῦ Ἄργους Ποσειδῶν καὶ Ἥρα, καὶ ἡττήθη κἀκεῖ. σύμβολα μέντοι οὐκ ἔδειξαν οἱ ..... ἐν Ἀθήναις.*

De titulo *Ἑλληνικὴ ἱστορία* v. cap. I. §. 15. Post *κἀκεῖ* subintelligendum *Ποσειδῶν*. Deinde excidisse videntur *Ἀργεῖοι ὥσπερ τά*, vel simile. De re notum ex Pausania, qui Argivos narrat cum Atheniensibus de antiquitatibus eadem ambitione certasse, qua Phryges olim cum Aegyptiis, I. 14, 2. cf. Demet. et Perseph. p. 300. Idem Pausanias Neptunum cum Iunone de agro Argolico contendisse memorat II. 15, 5. 22, 5. *σύμβολα*, quae deerant Argis, ostentabantur Athenis, intellige *τὴν τρίαιναν*, Paus. I. 26, 6. c. intpp.

XII. Aristid. Panath. p. 188, 12. *οἷον Ἀργεῖοι παλαιότατοι τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦσιν εἶναι.* Ad quem locum Schol. p. 321. Ddf. *τοῦτο ἐπὶ τῶν Ἀργείων εἰσήγαγεν, ἐπειδὴ καὶ Ἀργείους οἶδε [μέγα] φρονοῦντας ὡς ἐν τῇ Ἀργείᾳ σπαρέντος τοῦ πυρῶν σπέρματος, ἐκ Λιβύης Ἄργου μεταπεμψαμένου· διὸ καὶ Δήμητρος Λιβύσσης ἱερὸν ἵδρυσεν ἐν τῷ Ἄργει, ἐν Χαράδρᾳ οὕτω καλουμένῳ τόπῳ, ὥς φησι Πολέμων.*

Adieci *μέγα* ante *φρονοῦντας*. Pro *Λιβύσσης* libb. *Λιβύης*, quam emendationem praeivit Wyttenb. — Triticum Argivi ad se ex Libya per Argum heroem portatum, deinde per Triptolemum, suum videlicet civem, cum Atheniensibus communicatum esse affirmabant, v. Demet. et Perseph. p. 300 sqq. De loco ubi primus ager cultus Cererisque Libyssae templum aedificatum esse narratur haec leguntur apud Festum p. 90. Lindem., ex eodem aperte fonte ducta: *Libycus campus (πεδίον Λιβυκόν) in agro Argeo appellatur quod eo primum*

fruges ex Libya allatae sunt. quam ob causam etiam Ceres ab Argis Libyssa vocata est. Templum exstruxit Argus, cuius nomen supplendum post *ἵδρυσεν ἐν τῷ Ἄργει;* quem primas fruges sevisse testantur etiam Etym. M. p. 409, 28. coll. Tzetz. ad Hesiod. Op. et D. 32. Eius lucus erat ante urbem, in parte australi, v. Paus. II. 20, 7. III. 4, 1. Flumen Charadrum dictum in ea via, quae Argis Mantineam ducebat, memorat idem Paus. II. 25, 2. In eadem igitur regione campus Libycus quaerendus, cuius similis apud Argivos religio fuisse videtur atque apud Athenienses erat campi Rarii et Sciri.

XIII. Iulius Africanus ap. Euseb. Praep. Evang. X. 10. p. 490. ed. Colon. *καὶ Ἑλλήνων δέ τινες ἱστοροῦσι κατὰ τοὺς αὐτοὺς* (sc. *τῷ Ὠγύγῳ*) *χρόνους γενέσθαι Μωυσέα· Πολέμων γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν λέγει· „Ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ Συρίᾳ οὐ πόρρω Ἀραβίας ᾤκησαν,“ οὗτοι δηλονότι οἱ μετὰ Μωυσέως.*

De titulo *Ἑλλην. ἱστορ.* v. cap. I. §. 15. — Eadem paucis mutatis Iustin. Martyr Cohort. ad Gentt. p. 9. Paris., Cyrill. contra Iulian. I. p. 15. Spanh., Georg. Syncell. Chronogr. p. 63 sq. 70 sq. 148. ed Paris., ex quo adieci *λέγει* post *ἱστοριῶν* et *οὗτοι* dedi pro vulg. *αὐτοί.* — Polemonis testimonio a Iulio Afr. adduntur alia, velut Apionis, Ptolemaei Mendesii. Eusebius in antecedentibus disputaverat de diluvio Ogygis similibusque Iudaeorum narrationibus, citanturque ibi Hellanicus, Philochorus, Castor, Thallus, Alexander Polyhistor, alii: ad quos falso a ceteris transferuntur quae Iulius Afr. de tribus duntaxat illis, Polemone, Apione, Ptolemaeo posuerat, cf. Boeckh in dissertatione ad frgm. VII. citata p. 8. Apud Photium Bibl. p. 381, 8. Bekk. de iisdem rebus Hecataeum Milesium citantem pro Milesio Abderitam intelligendum esse monet Klausen Hecat. p. 155 sq.

c. Sicyonica.

α. περὶ τῆς Ποικίλης Στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι.

XIV. Athen. XIII. p. 577. C. *Δημήτριος δ' ὁ Πολιορκητὴς οὐ δαιμονίως ἤρα Λαμίας τῆς αὐλητρίδος, ἐξ ἧς ἔσχε καὶ*

θυγατέρα Φίλαν; τὴν δὲ Λάμιαν Πολέμων φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν Σικυῶνι Ποικίλης Στοᾶς θυγατέρα μὲν εἶναι Κλεάνορος Ἀθηναίου, κατασκευάσαι δὲ Σικυωνίοις τὴν προκειμένην στοάν.

Sunt haec ex prooemio tractatus, qui illustrabat picturas, quibus Poecile Sicyonica ornata erat. — De Lamia cf. Plut. Demetr. 24, Aelian. V. H. XII. 17. Amabatur eadem a Demetrio Phalereo, v. Diog. L. V. 76, Diogenian. apud Choerobosc. in Anecd. Bekk. p. 1395, Anecd. Cram. II. p. 239. Poecile Sicyonica circiter Ol. 120. aedificata est, credo ad similitudinem Atheniensis et eodem tempore quo Demetrius totam ferme Sicyoniorum urbem inferiorem, terrae motibus dirutam, denuo exaedificavit, v. Paus. II. 7, 1, Plut. Demetr. 25, Strabo VIII. p. 382, Gompf Sicyon. p. 60 sq. 68 sqq.

XV. Athen. VI. p. 253. B. *καὶ Θηβαῖοι δὲ κολακεύοντες τὸν Δημήτριον, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῆς Ποικίλης Στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι, ἱδρύσαντο ναὸν Ἀφροδίτης Λαμίας.*

Venus Lamia dicitur pari modo atque Leaena Venus ap. Athen. p. 253. A, Phila Venus ib. p. 254. A. Corp. Inscr. No. 507, Pythionice Venus Athen. XIII. p. 595. C, Themiso Hercules ib. VI. p. 289, Mithridates Bacchus Plut. Symp. Quaest. I. 6, 2, Regilla Ceres, cf. Demet. et Perseph. p. 322.

β. περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων.

De schola Helladica satis notum. Ea multis praeclarissimisque tabulis pictis templa, porticus, aedes privatas Sicyoniorum nobilitaverat, fautoribus tyrannis, in primis Aristrato, de quo v. not. ad frgm. XVII. Pulcherrimus ille tabularum thesaurus postea aliquantum imminutus est per Aratum, libertatis quam artium amantiorem. Is alias tabulas (velut Nealcis, cf. frgm. XVII.), si favebant memoriae tyrannorum, partim delevit partim corrupit, alias Alexandriam vendidit, ubi Ptolemaei his picturis utebantur ad aedificia sua et tabernacula exornanda, cf. Callixen. Rhod. ap. Athen. V. cap. 25 sqq., ubi inter alia (p. 196. E.): *ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις πίνακες τῶν Σικυωνικῶν ζωγράφων κτλ.*, cf. Plutarch. Arat. c.

12 sqq., Beck Histor. tradendae praeparatio vol. III. p. 94. Vidit igitur Polemo nonnisi quae reliqua erant.

XVI. Athen. XIII. p. 567. B. *οὐκ ἂν ἁμάρτοι δὲ τίς σε καὶ πορνογράφον καλῶν, ὡς Ἀριστείδην καὶ Παυσανίαν, ἔτι δὲ Νικοφάνη τοὺς ζωγράφους. μνημονεύει δὲ αὐτῶν ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων.*

De Aristide v. Sillig C. A. p. 85, de Nicophane Mueller Archaeol. §. 163. n. 3. De Pausania nonnisi hoc loco constat, at videtur etiam hic Apellis aequalis fuisse, ut Aristides et Nicophanes. Omnem illius saeculi artem ad humiliores res sensuumque incitamenta proniorem fuisse monet Mueller l. l.

XVII*. Plutarch. Arat. c. 13. In antecedentibus narrat Aratum eo vel maxime Ptolemaei III. favorem sibi conciliasse, quod tabulas pictas, quibus rex admodum delectabatur, Sicyone ei mittebat, inprimis opera Melanthii et Pamphili, qui Helladicae scholae tunc principes habebantur. Sequuntur deinceps haec: *ἤνθει γὰρ ἔτι δόξα τῆς Σικυωνίας μούσης καὶ χρηστογραφίας, ὡς μόνης ἀδιάφθορον ἐχούσης τὸ καλόν, ὥστε καὶ Ἀπελλῆν ἐκεῖνον ἤδη θαυμαζόμενον ἀφικέσθαι καὶ συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ταλάντῳ, τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τῆς τέχνης δεόμενον μεταλαβεῖν. διὸ τὰς μὲν ἄλλας εἰκόνας τῶν τυράννων ἀνεῖλεν εὐθὺς ὁ Ἄρατος, ὅτε τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε, περὶ δὲ τῆς Ἀριστράτου τοῦ κατὰ Φίλιππον ἀκμάσαντος ἐβουλεύσατο πολὺν χρόνον. ἐγράφη μὲν γὰρ ὑπὸ πάντων τῶν περὶ τὸν Μέλανθον ἅρματι νικηφόρῳ παρεστὼς ὁ Ἀρίστρατος, Ἀπελλοῦ συνεφαψαμένου τῆς γραφῆς, ὡς Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἱστόρηκεν. ἦν δὲ τὸ ἔργον ἀξιοθέατον, ὥστε κάμπτεσθαι τὸν Ἄρατον ὑπὸ τῆς τέχνης, αὖθίς τε μίσει τῷ πρὸς τοὺς τυράννους ἐξαγόμενον κελεύειν καθαιρεῖν. τὸν οὖν ζωγράφον Νεάλκη, φίλον ὄντα τοῦ Ἀράτου, παραιτεῖσθαί φασι καὶ δακρύειν, ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν εἰπεῖν ὅτι, τοῖς τυράννοις πολεμητέον, οὐ τοῖς τῶν τυράννων· ἐάσωμεν οὖν τὸ ἅρμα καὶ τὴν Νίκην, αὐτὸν δέ σοι παρέξω τὸν Ἀρίστρατον ἐγὼ παραχωροῦντα τοῦ πίνακος. ἐπιτρέψαντος οὖν τοῦ Ἀράτου διήλειψεν ὁ Νεάλκης τὸν Ἀρίστρατον, εἰς δὲ τὴν χώραν φοίνικα μόνον ἐνέγραψεν, ἄλλο δ' οὐδὲν ἐτόλμησε παραβαλεῖν. τοὺς δὲ πόδας ἐξαλειφομένου τοῦ Ἀριστράτου διαλαθεῖν ὑπὸ τὸ ἅρμα λέγουσιν.*

Totum locum apposui, quia plurima, si non omnia, a

Polemone petita esse videntur. Sicyon foederi Achaico adscripta est a. Chr. n. 251, ut id quod narratur aut hoc anno aut proximis factum dixeris. Iisdem annis floruisse Nealcem constat, v. Sillig C. A. p. 291, Mueller Archaeol. §. 163, 1. Aratus erat *πικρὸς μισοτύραννος*, ut ait Plut. Arat. c. 10. De pictura dubitari potest utrum Aristratum (quem artibus apprime favisse cernitur ex Plinio H. N. XXXV. 26, 22: erat inter administros Philippi Macedonis, v. Demosth. de Corona §. 48. 295.) insistentem currui vel insidentem tibi fingas (ita Sillig C. A. p. 268.), an iuxta currum adstantem, quo faciunt verba *ἅρματι παρεστώς*, et palma pro eo ab Nealce appicta, denique haec: *τοὺς δὲ πόδας — διαλαθεῖν* (an *διαλάμπειν?*) *ὑπὸ τὸ ἅρμα.* — Currus *νικηφόρος*, in quo insistebat Victoria, est monimentum victoriae equestris, velut Alcibiades in Propylaeis Atheniensibus pictus erat, *ἵππων δέ οἱ νίκης τῆς ἐν Νεμέᾳ ἐστὶ σημεῖα ἐν τῇ γραφῇ*, ut ait Paus. I. 22, 6. De Polemone dubium utrum Sicyone hanc tabulam an Alexandriae viderit, et poterat hoc fragmentum etiam ad opus adversus Adaeum et Antigonum editum revocari.

d. Laconica.

α. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων.

XVIII. Athen. XIII. p. 574. C. *ἐν δὲ Λακεδαίμονι, ὥς φησι Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, εἰκών ἐστι τῆς διαβοήτου ἑταίρας Κοττίνας, ἣν φησι καὶ βοῦν ἀναθεῖναι χαλκῆν, γράφων οὕτως· „καὶ τὸ Κοττίνας δὲ τῆς ἑταίρας εἰκόνιον, ἧς διὰ τὴν ἐπιφάνειαν οἴκημά τι λέγεται καὶ νῦν, ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης, ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν, ἐπιφανὲς καὶ πολλοῖς ἐγνωσμένον τῶν ἐν τῇ πόλει. ἀνάθημα δ' αὐτῆς ἐστιν ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου, βοΐδιόν τι χαλκοῦν καὶ τὸ προειρημένον εἰκόνιον.*

Insigne ad Spartae urbis descriptionem fragmentum. Nota: 1) aedes Cottinae. Hae sitae fuisse dicuntur *ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης, ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν.* Cf. Paus. III. 13, 5, qui loquitur de Carneo, *ἀπαντικρὺ δὲ ἥ τε ὀνομαζομένη Κολώνα καὶ Διονύσου Κολωνάτα ναός.* Carneum autem erat in ea regione, in qua *ἡ καλουμένη Σκιὰς* aedificata erat, Paus. III. 12, 8 sqq., a parte orientali fori, inter forum et Eurotam sita. 2) donarium

et imagunculam Cottinae *ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου* sc. *ἱερόν*. Templum Minervae Chalcioeci s. Poliuchi erat in arce, quae erat prope forum, a parte septemtrionali. De imagine dubium utrum fuerit ipsius Cottinae an deae alicuius a Cottina honoratae. De ipsa Cottina non constat nisi hoc loco.

XIX *. Eurip. Hippolyt. v. 230. *πώλους Ἐνέτας*] Schol. *ταῦτα ἀνακεχρόνισται· οὐδέπω γὰρ Ἕλληνες Ἐνέταις ἐχρῶντο ἵπποις· οἱ γὰρ Ἐνέται Παφλαγονίαν πρότερον οἰκοῦντες ὕστερον ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν διέβησαν. Λέων δὲ πρῶτος Λακεδαιμόνιος ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι ἐνίκησεν Ἐνέταις ἵπποις, ὡς Πολέμων ἱστορεῖ, καὶ ἐπέγραψε τῇ εἰκόνι· Λέων Λακεδαιμόνιος ἵπποισι νικῶν Ἐνέταις, Ἀντικλείδα πατήρ.*

Ἐνέταις post *Ἕλληνες* additum a Matthia e Flor. 6. Idem mox *πθ ὀλυμπ.*, quod correxi ex Eustathii loco infra apposito. Idem deinde *ἐπεγρ. τῇ εἰκόνι* pro vulg. *ἐπέγραψεν ἐν εἰκόνι.* Pro *Ἀντικλείδα πατὴρ* scribendum videtur vel *Ἀντικλείδα πατρός* vel *Ἀντικλείδας πατήρ*, ut qui statuam filii dedicaverit. Inscriptioni subesse videtur epigramma, cuius vestigia agnoscas in forma *ἵπποισι.* De Henetis s. Venetis ex Paphlagonia oriundis, equis ad certamina educandis famosis v. Theopomp. frgm. 143. Wichers. cf. ib. p. 209, Strab. V. p. 342 sq., al.; Eustath. ad Il. II. 851. p. 361, 10, qui iisdem scholiis in Euripidem usus est: *μέμνηται δὲ καὶ Εὐριπίδης ἵππων Ἐνετικῶν, Ἐνέτας ἐκείνους προενεγκών. αἰτιῶνται δ' ἐκεῖ τῆς τῶν τοιούτων ἵππων μνείας οἱ παλαιοὶ οὐκ εὔζηλον ἀναχρονισμόν* (huic opponitur *ἀναχρονισμὸς εὐμέθοδος*, qualem admisit Soph. Ai. 1285, cf. Eustath. p. 361, 28.), *ὡς μήπω τότε παρ' Ἕλλησιν ὄντων Ἐνετῶν ἵππων, ἀλλ' αὐτῶν μὲν ὕστερον εἰς χρῆσιν ἐλθόντων, ὅτε πρῶτος Λέων Λακεδαιμόνιος ὀγδοηκοστὴν πέμπτην ὀλυμπιάδα νενίκηκεν Ἐνέταις ἵπποις μετ' ἐπιγράμματος κτλ.* Cf. Eustath. ad Dionys. P. v. 378. p. 165 sqq. Bernh. Si quis dixerit statuam illam non Spartae, sed Olympiae positam videri, equidem non refragabor; et poteram hoc fragmentum etiam in Eliacis collocare.

XX *. Schol. vet. Pind. Nem. X. 12. *καὶ ἔστι περὶ τὸν Ἀδρίαν Διομήδεια νῆσος ἱερὰ, ἐν ᾗ τιμᾶται ὡς θεός* (sc. *Διομήδης*). — *καὶ Πολέμων ἱστορεῖ· „ἐν μὲν γὰρ Ἀργυρίπποις ἅγιόν ἐστιν αὐτοῦ ἱερόν,“ καὶ ἐν Μεταποντίῳ δὲ διὰ πολλῆς αὐτὸν αἵρεσθαι τιμῆς ὡς θεόν, καὶ ἐν Θουρίοις εἰκόνας αὐτοῦ καθιδρύσθαι ὡς θεοῦ.*

Adiecimus hunc locum quia Henetorum equorum commemoratio cum Diomedeae religionis coniuncta esse solet; cf. Strab. V. p. 347, ubi copiose de honoribus Diomedi apud Italos habitis, cf. Heyne Exc. I. ad Aen. lib. XI. A Scholiaste Pindari praeter Polemonem etiam Ibyci locus affertur, de quo v. Schneidewin Ibyci frgm. XX. p. 156 sq.

β. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων.

Titulum servavit Suidas. Fragmenta non exstant. Argumentum quale fuerit existimari potest ex comparatione Pausaniae III. 18, 4. usque ad finem libri tertii. Siebelis ad Pausaniam III. 18, 6. suum scriptorem in descriptione throni Amyclaei breviorem esse putat, quia quae ab aliis, cum primis quae a Polemone in hoc tractatu exposita fuerint, repetere noluerit. Nec dubium quin multa Pausanias a Polemone depromserit, quamquam aperta huius vestigia ne uno quidem loco apud Pausaniam deprehendere equidem potui.

e. Eliaca.

XXI*. Schol. vet. Pind. Ol. I. 28. *περὶ δὲ τῆς Πίσης, ὅτι ὁ τόπος ἐν Ἤλιδι ὑπὸ ὑψηλῶν ὄχθων περιεχόμενος, Πολέμων φησίν.*

Cf. Strab. VIII. p. 175. T., ubi diversis de nomine Pisae opinionibus praemissis subiunguntur haec: *τὴν δὲ πόλιν ἱδρυμένην ἐφ' ὕψους δεικνύουσι μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, Ὄσσης καὶ Ὀλύμπου, ὁμωνύμων τοῖς ἐν Θετταλίᾳ.*

XXII. Athen. XI. p. 479. F. *Κρατάνιον. μήποτε τὸ νῦν καλούμενον κράνειον ἔκπωμα οὕτως ὠνόμαζον οἱ ἀρχαῖοι. Πολέμων γοῦν ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικὸν περὶ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγων Μεταποντίνων ναοῦ γράφει καὶ ταῦτα· „ναὸς Μεταποντίνων, ἐν ᾧ φιάλαι ἀργυραῖ ἑκατὸν τριάκοντα δύο, οἰνοχόαι ἀργυραῖ δύο, ἀποθυστάνιον ἀργυροῦν, φιάλαι τρεῖς ἐπίχρυσοι. ναὸς Βυζαντίων, ἐν ᾧ Τρίτων κυπαρίσσινος ἔχων κρατάνιον ἀργυροῦν, Σειρὴν ἀργυρᾶ, καρχήσια δύο ἀργυρᾶ, κύλιξ ἀργυρᾶ, οἰνοχόη χρυσῆ, κέρατα δύο. ἐν δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἥρας τῷ παλαιῷ φιάλαι ἀργυραῖ τριάκοντα, κρατάνια ἀργυρᾶ δύο, χύτρος ἀργυροῦς, ἀποθυστάνιον χρυσοῦν, κρατὴρ χρυσοῦς, Κυρηναίων ἀνάθημα, βατιάκιον ἀργυροῦν.“*

Vox *κράνειον* praeter hunc locum non legitur. Casaubonus malebat *κρουνεῖον*: illud retinuerunt Schweigh. et Dindf. ex mss. Poteris scribere *κρανίον*, quod fuerit deminutivum vocis *κρᾶνον*, ut *κρατάνιον* derivandum videtur a voce *κρᾶς*, *κρᾶτα*, quae nomina vasis illis imposita fuerint *ἀπὸ τοῦ σχήματος*, ut ad cerebri formam efficta dixeris. — *ἀποθυστάνιον*, quod est in opt. codd., simile vas fuisse videtur atque *ἀπορραντήριον*, quod frequenter memoratur inter opes sacras (Corp. Inscr. no. 137. 140. 141. *φιάλη*, *ἐξ ἧς ἀπορραίνονται*, no. 138, i. e. ex qua sacrificantium manibus aqua lustralis adspergitur), vel *θυμιατήριον*, quod recensetur inter cimelia Minervae (Corp. Inscr. no. 141. 13. 27. 42.). — *Τρίτων κυπαρίσσινος*. Cupressina simulacra habes etiam apud Paus. VI. 18, 5. cf. VIII. 17, 2. — *Σειρὴν ἀργυρᾶ*. Ita cod. Venet. pro *ἀργυρᾶν*, quod edebatur ante Schweigh. Cogitandum de Sirene argentea. — *βατιάκιον*, editum a Schweigh. ex cod. Venet., est deminutivum vocis *βατιάκη*, quae est *Περσικὴ φιάλη*, cf. Athen. XI. p. 784. A, Hemsterh. ad Hesych. Vol. I. p. 706. Alberti. — *Ναὸν Βυζαντίων*, *ναὸν Μεταποντίνων* intellige thesauros Byzantiorum, Metapontinorum, cf. Paus. VI. 19, qui tacet de thesauro Byzantiorum, quem suspicor unum eundemque cum Megarensi fuisse. De templo Iunonis, antiquissimo aedificio, cf. Paus. V. 16 sqq. et Leake Morea I. p. 36, qui hoc templum inferiore aetate variis antiquitatibus donariisque asservandis inserviisse statuit, de quibus fuerit etiam ara Cypseli, quam accuratissime describit Pausanias. De Polemone apertum paucula tantum ab Athenaeo ex copiis eius excerpta esse, omissis quae ad artem atque historiam facerent. Et videtur hic nonnisi eorum donariorum index esse, quae pretiosa erant, ut est simillimus iis, quae passim exstant in Corpore inscriptionum.

XXIII*. Schol. vet. Pind. Ol. V. inscr. *περὶ δὲ τῆς ἀπήνης Πολέμων φησίν· „ἤγετο δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀπήνης ἀγών, καί εἰσιν οἱ ἀγωνισάμενοι ἡμίονοι·“ καταλυθῆναι δὲ τοῦτο τὸ ἀγώνισμα κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην ὀλυμπιάδα, καὶ εἶναι τρισκαίδεκα νίκας. τὴν δὲ ἀπήνην λέγεσθαι ὑπὸ Τεγεατῶν φησιν ὁ Πολέμων, οἱ δὲ Θετταλῶν εἶναι τὴν λέξιν.*

Videntur haec ex Didymi in Pindarum commentariis (de quibus cf. Boeckh Praef. Pind. T. II. p. XVII sq.) depromta esse. Cf. quae antecedunt: *αὕτη ἡ ᾠδὴ ἐν μὲν τοῖς ἐδαφίοις οὐκ ἦν, ἐν δὲ τοῖς Διδύμου ὑπομνήμασιν ἐλέγετο Πινδάρου*, ubi *τὰ ἐδάφια* sunt primitiva, ut Boeckhius arbitratur, exemplaria a Pindaro profecta. „De ludis *ἀπήνης* studiose Bentl. diss. Phalar. p. 238 sq. ed. Lips.; *ἀπήνην* in Olympiis adscitam esse Ol. 70. et Ol. 84. praeconio facto abolitam docet Paus. V. 9, 1. primo tum victore Thersia Thessalo. Noster docet tredecim fuisse victorias, quippe ab Ol. 71. usque ad Ol. 83.“ Haec Boeckhius Schol. Pind. p. 118, quem cf. in comment. ad Ol. V. vs. 6.

f. Arcadica.

XXIV*. Clem. Alex. Protrept. p. 31. Potter. inter alias fabulas de diis a mortalibus vulneratis: *Πολέμων δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει.*

Ad Arcadica haec retuli propter Pausaniam VIII. 28, 3; poteram etiam ad epistolam ad Attalum scriptam revocare; v. praefat. huius epistolae. Res pertinet ad Cypriorum carminum argumentum. Mueller. de cycl. Gr. ep. p. 30. Polemonem hanc fabulam in opere de epigrammatis tractasse putat, quod mihi parum verisimile.

g. Boeotica.

XXV*. Epit. Athen. I. p. 19. B. *ἐν δὲ Θήβαις Πινδάρου μὲν οὐκ ἔστιν εἰκών, Κλέωνος δὲ τοῦ ᾠδοῦ, ἐφ᾽ ἧς ἐπιγέγραπται·*

Πυθέα υἱὸς ὅδ᾽ ἐστὶ Κλέων Θηβαῖος ἀοιδός,
ὃς πλείστους θνητῶν ἀμφέθετο στεφάνους
κρατὸς ἐπὶ σφετέρου καί οἱ κλέος οὐρανόμηκες.
χαῖρε Κλέων Θήβας πατρίδ᾽ ἐπευκλείσας.

ὑπὸ τούτου τὸν ἀνδριάντα, ὅτε Ἀλέξανδρος τὰς Θήβας κατέσκαπτε, φησὶ Πολέμων φεύγοντά τινα χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι, καὶ συνοικιζομένης τῆς πόλεως ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτη τριάκοντα.

Cf. Plin. H. N. XXXIV. 19, 4. de Pythagora Rhegino: *fecit — item — citharoedum, qui Dicaeus* (*ὁ Δίκαιος*) *appel-*

latus est, quoniam cum Thebae ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum sinu eius celatum esset; cf. Sillig C. A. p. 401. Statuae haud raro latibula praebebant iis qui abscondere quid volebant, cf. Anthol. II. p. 682. Iacobs., Plut. Demosth. c. 31. Interpretes Athenaei de loco statuae, ubi pecunia latere potuerit, disceptaverunt. Casaubonus cogitat de sinu, quem amiculum poderes ad statuae pedes collectum fecerit, eoque revocat verba *τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὄν*. Schweighaeuserus vestem intelligit, quae cantoribus et citharoedis propria fuerit, quales vocabant *στατοὺς* et *ὀρθοσταδίους χιτῶνας*. „Eiusmodi vestis cum absque incisione uno rigore a summo ad imum descenderet, commode *ἱμάτιον κοῖλον* dici potuerit.“ Mihi dictum videtur de sinu qui proprie appellabatur, quem chiton faciebat super cingulo sursum aperto, ut homo aurum suum superne in sinum deiecerit; saltem de hoc sinu Plinius cogitavit. — Praeterea quaesitum est de tempore, quo Thebas restitutas esse dixerit noster. Viginti annos (a. Chr. n. 335—315.) dirutas iacuisse testatur Diodorus XIX. 54, Polemo de triginta annis loqui videtur. Casaubonus aut pro *τριάκοντα* legendum esse *εἴκοσιν* censet, aut viginti annos Diodori ad initium operis, Polemonis triginta ad finem referendos esse: cui interpretationi favere verbum *συνοικιζομένης*, quo dicit significari „cum denuo incolis frequentaretur:“ Eandem interpretationem sequitur Clinto Fast. Hell. s. ann. 305, qui simul monet, Thebas iam anno 307. instauratas fuisse cerni ex eo, quod Demetrius Phalereus hoc anno Thebas refugisse memoretur, Diod. Sic. XX. 45 sq. Mihi probatior sententia Schweighaeuseri, qui monet Polemonem non loqui de instauratione Thebarum, verum de reditu hominis istius, qui aurum suum absconderat: ut de illa solum Diodorum audiendum putem.

περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων.

XXVI. Schol. vet. Pind. Ol. VII. 153. *Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων φησὶ χάλκὸν τὸ ἆθλον εἶναι τοῖς ἐν Ἀρκαδίᾳ Λυκαίοις, ὥστε ἀπὸ κοινοῦ τὰ ἔργα καὶ τὸ χαλκὸν ληπτέον, ὅτε φησὶν ὁ Πίνδαρος· „ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνωμεν τά τε ἐν*

Ἀρκαδίᾳ ἔργα καὶ Θήβαις.“ δίδοται γὰρ ἐν ταύταις τρίπους χαλκοῦς. πολλοὶ δ' ἄγονται ἀγῶνες ἐν Ἀρκαδίᾳ, Λύκαια, Κόρεια, Ἀλεαῖα, Ἕρμαια· ἐν δὲ Θήβαις τὰ Ἡράκλεια· τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Ἰολάεια καλεῖται. — — ταῦτα Ἀριστόνικος.

Heraclea, de quibus Polemo per hanc quam Aristonicus (de quo v. Boeckh Pind. praef. T. II. p. XVI, Lehrs de stud. Arist. p. 5 sqq.) spectat operis partem egerat, apparet ea esse quae *Ἰολάεια* quoque dicebantur, de quibus cf. quos laudat Boeckh expl. Pind. p. 175. Nam duo certamina Herculi sacra Thebis acta esse dixeris, quum duo a Pausania memorentur stadia Heracleis celebrandis dedicata, alterum in urbe, Paus. IX. 11, 4, alterum, in quo *τὰ Ἰολάεια* habebantur, ante Proetidas portas, Paus. IX. 23, 1, ubi erat *τὸ Ἰολάου καλούμενον γυμνάσιον καὶ στάδιον καὶ ἡρῷον Ἰολάου*, quod *τὸ Ἰολάειον* dictum fuisse monet Siebelis ad Paus. X. 17, 4; cf. Arrian. Exped. Al. I. 7. — De Iolaiis pretioque ahenei tripodis quum diceret Polemo, videtur inde ad ceterorum certaminum, in quibus simile pretium propositum erat, commemorationem excurrisse et in hac Lycaeorum quoque, quae Iovi Lycaeo celebrabantur, Paus. VIII. 2, 1. 38, 4, mentionem iniecisse.

h. Phocica.

α. κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν.

Cf. cap. I. §. 2. Videtur haec operis pars inter ceterorum Phocidis oppidorum origines etiam Stiridis primordia explicasse, de qua cf. Paus. X. 35, 5. *οἱ δὲ ἐνταῦθά φασιν οὐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν· ὅτι δὲ τῷ Πετεῷ πολὺ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Στειριέων ἠκολούθησεν, ἐπὶ τούτῳ κληθῆναι τὴν πόλιν Στίριν.* Eadem sed copiosius a Polemone tractata esse credibile est, adiecta fortasse monimentorum, quae haud dubie in huius fabulae fidem a Stiritis ostendebantur, tractatione. Atticae originis esse gloriabatur etiam Lebadea, Boeotica illa quidem urbs, sed prope fines Phocensium sita, cf. Paus. IX. 39, 1.

β. περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν.

De thesauris Delphicis cf. Strabo IX. p. 277. *θησαυροὶ, οὓς καὶ δῆμοι καὶ δυνάσται κατεσκεύασαν, εἰς οὓς καὶ χρήματα ἀνετίθεντο καθιερωμένα καὶ ἔργα τῶν ἀρίστων δημιουργῶν.* Memorantur thesauri Atheniensium, Sicyoniorum, Cypseli i. e. Corinthiorum, Thebanorum, Siphniorum, Cnidiorum, Potidaeatarum, Syracusiorum, Clazomeniorum, Acanthiorum, Spinetarum, Agyllaeorum; cf. O. Mueller in descriptione Delphorum Pindaro Dissenii adiecta. Scripsit Polemo post Phocensium et Gallorum rapinas, sed ante sacrilegium Neronis (cf. Paus. X. 7, 1. 19, 1.): erat igitur procul dubio Pausania longe de his rebus copiosior. — *περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων* scripsit Theopompus, v. Athen. XIII. p. 605, quae videtur Historiarum particula fuisse.

XXVII. Plutarch. Sympos. Quaest. V. 2. *καὶ τοῦτο μὲν* (Acesandri de Libya liber) *τὸ ἀνάγνωσμα τῶν οὐκ ἐν μέσῳ ἐστί· τοῖς δὲ Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρή, πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός. ἐκεῖ τοίνυν εὑρήσετε γεγραμμένον, ὡς ἐν τῷ Σικυωνίων θησαυρῷ χρυσοῦν ἀνέκειτο βιβλίον Ἀριστομάχης ἀνάθημα τῆς Ἐρυθραίας ποιητρίας Ἰσθμια νενικηκυίας.*

Pro *Σικυωνίων* erat *Σικυωνίῳ*. — De Aristomache poetria aliunde non constat. Adnumeranda est illustribus illis, quibus Doricae civitates inclaruerunt, feminis, de quibus in universum dixit Mueller Dor. II. p. 374 sq. Neque musici certaminis cum Isthmiis coniuncti meminisse alium scriptorem puto. *βιβλίον* est volumen carminum, quae condiderat Aristomache, velut de Telesillae imagine narratur ap. Paus. II. 20, 7. *καὶ βιβλία μὲν ἐκεῖνα* (carminum, quae pepegerat) *ἔρριπται οἱ πρὸς τοῖς ποσίν κτλ.* — *χρυσοῦν βιβλίον* significat, ni fallor, carmina hoc volumine concepta fuisse litteris inauratis; cf. quod narrat Gorgo (de quo v. Boeckh Pind. praef. T. II. p. XXIII.) apud Schol. Pind. Ol. VII. prooem.: *ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαί φησι Γόργων ἐν τῷ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ χρυσοῖς γράμμασιν.* Ceterum simile anathema erat Heracliti, quod

vidit etiam inferior aetas, in templo Dianae Ephesiae; cf. Diog. L. IX. 6.

XXVIII. Athen. XIII. p. 606. A. *Πολέμων δὲ ἢ ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν „ἐν Δελφοῖς, φησίν, ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ παῖδές εἰσι λίθινοι δύο, ὧν τοῦ ἑτέρου Δελφοί φασι τῶν θεωρῶν ἐπιθυμήσαντά τινα συγκατακλεισθῆναι, καὶ τῆς ὁμιλίας καταλιπεῖν στέφανον. φωραθέντος δ' αὐτοῦ τὸν θεὸν χρωμένοις τοῖς Δελφοῖς συντάξαι ἀφεῖναι τὸν ἄνθρωπον· δεδωκέναι γὰρ αὐτῷ μισθόν.“*

Mss. ante *ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ* addunt *ἢ*. — *πινάκων θησαυρός* est i. q. *πινακοθήκη*, quales cum nobilissimis delubris apud Graecos coniunctae fuisse videntur. Res memorabilis inter exempla furoris, quo Graeci in artium opera ferebantur, aesthetici. — *συγκατακλεισθῆναι* dictum ut *συνειργνῦσθαι* ap. Plut. Praec. Coniug. init. *ὁμιλία* positum cum euphemismo satis usitato. Solebant amasiis, si amantibus obtemperaverant, praemia dari; inde corona a theoro relicta. Eam quasi sibi (*αὐτῷ* dedit Dindorf pro *αὐτῷ*) datam iudicavit oraculum Apollinis, quum de furto consuleretur, quia puerulus ille Apollini sacer erat.

XXIX *. Aelian. Hist. An. XII. 40. *τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον. τὰ δὲ αἴτια τῆς ἑκάστου τιμῆς εἰπεῖν οὐκ ἔστιν ἔξω τῆσδε τῆς σπουδῆς. Δελφοῖς μὲν χρυσίον ἱερὸν σεσυλημένον καὶ ἐν τῷ Παρνασσῷ κατορωρυγμένον ἀνίχνευσεν ὁ λύκος, Σαμίοις δὲ καὶ αὐτοῖς τοιοῦτο χρυσίον κλαπὲν πρόβατον ἀνεῦρε καὶ ἐντεῦθεν Μανδρόβουλος ὁ Σάμιος τῇ Ἥρᾳ πρόβατον ἀνάθημα ἀνῆψεν. καὶ τὸ μὲν Πολέμων λέγει τὸ πρότερον, τὸ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ δεύτερον.*

Dedicaverant etiam Delphi Apollini suo imaginem lupi aeneam, quae stabat prope aram maximam; cf. Paus. X. 14, 4, ubi eadem res et accuratius narratur. De ove Samia cf. Euphorion frgm. CXXIII. Meinek.

i. Epirotica.

XXX. Steph. B. v. *Δωδώνη*. — *ἔστι δὲ καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ὡς μὲν ὁ Δήμων φησίν, ἀπὸ τοῦ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, ἀλλὰ*

τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν ἑκάστῳ καὶ διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις ἄν τις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται. ἡ παροιμία δὲ οὐ φησιν εἰ μὴ χαλκεῖον ἕν, ἀλλ' οὐ λέβητας ἢ τρίποδας πολλούς. προσθετέον οὖν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι, λέγοντι κατὰ τὴν δευτέραν· „ἐν τῇ Δωδώνῃ στῦλοι δύο παράλληλοι καὶ παρεγγὺς ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου χαλκεῖόν ἐστιν οὐ μέγα, τοῖς δὲ νῦν παραπλήσιον λέβησι· ἐπὶ δὲ θατέρου παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον, οὗ κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λεβήτιον ἔχων κίων ἕστηκεν. ὅταν οὖν ἄνεμον συμβῇ πνεῖν, τοὺς τῆς μάστιγος ἱμάντας χαλκοῦς ὄντας ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος συνέβαινε ψαύειν τοῦ χαλκείου καὶ τοῦτο ἀδιαλείπτως ποιεῖν ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ.“

A Tennulio editum erat *ὡς Μενεδήμων*, quod correxit de Pinedo ex Suid. v. *Δωδων. χαλκ.*; cf. Siebelis Phanodem. etc. frgm. p. 24 sq. — Deinde Tennul. *ἑκάστῳ, διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται.* Ms. *ἑκάστῳ καὶ διαμένειν* et deinde *ἄχρις ἄν τις*, quod a Montef. recte praelatum explicandum est: *durat sonus tamdiu, quamdiu quis pulsat unam ex pelvibus illis, abs qua ad ceteras propagetur sonus.* Tennulii illud *αὖθις* retinendum putant Siebelis et Welcker ad Philostr. Imagg. II. 33. p. 566, qui verba *διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται* explicat ac si subaudierit *ὁ ἦχος*: „*donec ad primum redierit, unde motus exiit, et hunc puta denuo excitet, unde novus sonorum et vibrationum in orbem actarum ordo incipit, paulatim tantum impulsionis vehementia decrescente et languescente, nisi quis unum ex lebetibus inhibendo seu a proximo reprimendo his circulationibus finem imponat.*“ Sed nihil de inhibente Demo, ut, si hanc sententiam sequeremur, sonos illos ex lebetibus continuo ac sempiterno editos fuisse statuendum esset. — Mox Tennul. *εἰ μὴ χαλκίον, ἐν ἄλλῳ λέβητας* et deinde *τὸν β'*, quod ex ms. correxit Montefalconius.

Utuntur hoc proverbio permulti, inter quos sunt Menander *ἐν Ἀρρηφόρῳ*, cuius versus laudantur ap. Steph. B. (Meineke p. 27; adde Appul. d. Orthogr. p. 5. Osann.) et Callimachus Hymn. in Del. 285. *θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος*, et frgm.

CCCVI. Cf. Iuvenal. Sat. VI. 440. Plin. H. N. XXXVI, 13, ubi de simili re narratur, Philostr. Imagg. II. 33. Serv. Aen. III. 466, et qui in sequentibus laudabuntur. Ad rem, de qua ex Polemone retulit Aristides, illustrandam plurimum facit Strabo Exc. lib. VII. p. 321, quem in his Polemonem tacite sequi crediderim: *ἡ παροιμία τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη· χαλκεῖον ἦν ἐν τῷ ἱερῷ ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυραίων· ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτή, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους, οἳ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο* (eadem voce ex Polemone utitur Aristides) *ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειργάζοντο, ἕως ὁ μετρῶν τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἤχου μέχρι τέλους καὶ ἐπὶ ν' προελθεῖν. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία ἐλέχθη, ἡ Κορκυραίων μάστιξ.* — Habes eandem narrationem, sed accuratiorem et talem, qualis apud ipsum Polemonem, *ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπιστάμενον*, fuisse videatur.

Sed de eadem re loquuntur etiam Eustath. p. 335, 46. 1760, 55. ad Dionys. P. v. 428. p. 179, Schol. Vict. Il. XVI. 233, Suid. v. *Δωδ. χ.*, Prov. Coisl. 116, qui concinunt ad verbum, unum eundemque fontem sequuti, Pausaniam lexicographum, quem nominat Eustathius. Apponam quae leguntur apud Suidam: *Δωδωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ τῶν μακρολογούντων. Δήμων γάρ φησιν ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται· τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλοις καὶ κρουσθέντος τοῦ ἑνὸς ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας, ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὴν περίοδον. Ἀριστοτέλης δὲ ὡς πλάσμα διελέγχων δύο φησὶ στύλους εἶναι καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου λέβητα, ἐπὶ θατέρου δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας σειομένους ὑπ' ἀνέμου τῷ λέβητι προσκρούειν, τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. — — εἰ δὲ πολλοὶ ἦσαν, οὐκ ἂν ἑνικῶς ἐλέγετο ἡ παροιμία.*

Vides rem inter Demonem *) et Aristidem disceptatam

---

*) In loco Suidae ante verba *εἰ δὲ πολλοὶ ἦσαν* eduntur haec: *πρὸς Δήμωνα*, quae indicant ea, quae nunc sequuntur, *εἰ δὲ πολλοὶ κτλ.*, ab Aristide contra Demonis sententiam, multas pelves fuisse, monita esse; cf. Steph. B. *ἡ παροιμία δὲ οὔ φησιν εἰ μὴ χαλκεῖον ἓν κτλ.* Parum recte Bernhardy Suid. p. 1447. supplendum esse censet haec: *Φιλόχορος δὲ ἀντιλέγει πρὸς Δήμωνα*: neque Stephanus Polemonem opponit sed Aristidem *τὰ Πολέμωνος μεταγεγραφότα.*

esse et ab hoc Polemonem in suas partes advocatum. Quod Aristoteles apud Pausaniam nominabatur (nam consentiunt in eodem omnes, qui Pausaniam sequuntur), non Aristides, factum est quod fieri solet, ut in simili utriusque nominis compendio *Ἀριστ.* notius minus noto a librariis praelatum sit. Patet hoc latissime, velut etiam *Ἀριστοτέλης* et *Ἀριστόνικος* confunduntur (Lehrs de stud. Arist. p. 4.), et *Ἀριστοτέλης* et *ἄριστος* (Bast. Comm. Palaeogr. p. 798.), et *Ἀριστοτέλης* et *Ἀριστοφάνης* (Demetr. de elocut. p. 120. ed. Goeller.), et *Ἀριστοτέλης* et *Ἀρίσταρχος*, velut ap. Clem. Alex. Stromm. I. p. 352. Pott. *ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος*, ubi rescribendum puto *Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος* *), quos de patria Pythagorae laudaverat opinor Aristoxenus. Ad Aristidem quod attinet v. Wyttenb. Animadv. in Plut. II. 1. p. 80, Ebert *Σικελ.* p. 106 sq. Ille Aristidem ex historicorum numero eximendum censet, ut qui a solo Pseudo-Plutarcho in Parall. Gr. et Rom. laudetur et ex Aristide Milesiacorum scriptore fictus videatur: quem sequuti sunt alii. Contra disputat Ebertus, qui litem paucioribus dirimere poterat; nam citatur idem Aristides Milesius, ut taceam de nostro loco, etiam apud Steph. B. vv. *Ἀραί* et *Τένεδος* et ab Athen. XIV. p. 641. A. et a Zenobio Prov. VI. 11; et comparet eius nomen etiam in recensu auctorum, quibus Plinius lib. I. se usum profitetur. Scripserat *ἱστορίας* et *Ἰταλικά* et *Σικελικά*, quibus saepe utitur Ps.-Plutarchus. Etiam insulas attigerat, quod cernitur ex Steph. B. ll. cc. et Schol. Theocr. XVII. 69, ubi citatur de certamine Triopico: ut crediderim periegesin ab eo editam fuisse, quo revocandos puto eos locos, quibus laudatur *Ἀριστοτέλης* qui vulgo fertur iunior, velut Schol. Theocr. XV. 64. *Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Ἥρας* (libb. *Ἑρμιόνης*) *ἱερῷ*, cf. Demet. et Perseph. p. 244, Anecd. Bekk. p. 451. *Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν*, Aelian. Hist. A. XII. 40.

---

*) Theophrastus et Theopompus sicut persaepe confunduntur, ita etiam ap. Schol. Venet. in Aristoph. Pacem v. 653, unde insigne fragmentum Theopompi acquiras: *Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ ιγ' τῶν ἱστοριῶν τῶν ἑαυτοῦ Σύρον φησὶν αὐτὸν τὴν νῆσον προδεδωκέναι Σαμίοις κτλ.*

(cf. supra frgm. XXIX.), quibus omnibus pro Aristotelis nomine Aristidis restituendum arbitror. Denique idem Aristides *ἐν τρίτῳ περὶ παροιμιῶν* laudatur apud Athen. XIV. p. 641. A. (de quo loco monet etiam Bernhardy Suid. Vol. I. p. 1447.), unde et nostrum locum excerptum esse apparet et quae citantur apud Zenob. Prov. VI. 11. de proverbio *τὰ τρία τῶν εἰς τὸν θάνατον.* — Erat igitur hic scriptor, cuius memoriam tantum obscuravit aetas, satis apud antiquos nobilis, multisque operibus memorabilis.

Demonis vestigia sequutus Creuzerus Dionys. p. 47. nescio quid musices sacrae ex Dodonaeis istis ahenis eruit, haec pro oraculo fuisse existimans, posteaquam fagus illa vocalis oracula edere desierit. Adiicit haec, ad symbolicam suam sacra et fabulas interpretandi rationem disputata: „Quae omnia si quis in unum collegerit tenueritque praesertim illud de sonorum in orbem meantium lege et ordine, ei videatur fortasse in his Dodonaeis lebetibus latere rudior illa quidem sed tamen haud ambigua significatio eius legis ordinisque, quo sidera continenter in coelo labuntur.“ Habeant ista sibi qui gaudent talibus interpretamentis. De divinatione, quam putat in pelvibus Dodonaeis latere Creuzerus, praeter Theodoretum et Gregor. Nazianz. laudare potuit Eudociam p. 127. *ἐν τῇ Δωδώνῃ ἦν καὶ τὰ περὶ τοῦ λέβητος· ὅπου ἐν ὕψει τινὶ ἵστατο ἀνδριὰς βαστάζων ῥάβδον καὶ παρ᾽ αὐτὸν λέβης τις ἵστατο. οἱ οὖν μαντευόμενοι ἤρχοντο παρὰ τὸν τόπον τοῦτον καὶ ηὔχοντο. ὅτε οὖν ἤθελε χρησμῳδῆσαι αὐτοῖς ὁ θεός, ὁ ἀνδριὰς ἐκεῖνος ἔπαιε τῇ ῥάβδῳ τὸν λέβητα, εἶτα ἦχει ὁ λέβης καὶ ἐκ τοῦ λέβητος ἧμός τις ἀπετελεῖτο ἐναρμόνιος· καὶ ἐνεφοροῦντο αἱ προφήτιδες καὶ ἔλεγον ἃ αὐταῖς ὁ δαίμων ἐνέβαλλεν.* Sed patet haec commenta esse inferioris aetatis, quum antiquiores scriptores de solo proverbio commemorent. At vindicare Demonis et Creuzeri sententiam conatur Welckerus ad Philostr. p. 566. Statuit enim Demonem et Polemonem non de eadem re loquutos esse, sed duo haec musices sacrae genera diversa fuisse. „Coniicere licet circularem lebetum apparatum Polemonis aetate collapsum fuisse et alterum minus artificiosum in locum eius successisse.“ Constat Demonem Polemone supe-

riorem fuisse; certe Philochoro antiquior erat*); sed parum verisimile tantum inter utrumque temporis interiectum fuisse, ut „apparatus ille," quem integrum descripserat Demo, ante Polemonem collabi potuerit. „Demoni fidem facere Menandrum, qui singulari quidem utatur, at nihilominus de orbe lebetum intelligendus sit manifesto." Singulari Menandri contra Demonem recte usus erat Aristides. Menander *τὸ Δωδωναῖον*, inquit, *ἄν τις χαλκίον, ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παρήψαθ' ὁ παριών, τὴν ἡμέραν ὅλην κτλ.*, ubi equidem non video quae necessitas sit de orbe lebetum cogitandi. *τὸ χαλκίον* est totum illud, quod constabat ex duabus columellis, quarum in altera stabat puerulus cum flagello, in altera pelvis, quam pulsabat flagellum, quod agitabat modo ventus modo *παριών τις*. Mihi quidem unus Polemo audiendus videtur, quem cernis ut oculatum testem loqui. Nam Demo et qui sequuntur Demonem (in quibus est etiam O. Muellerus ap. Boettiger. Amalth. I. p. 133, quem sequitur Stuhr die Religionssysteme der Hellenen p. 35.) ante omnia velim mihi hoc approbent, quod affirmant pelves istas delubro Iovis Dodonaei *pro moenibus* fuisse, quod equidem, confiteor, quo pacto ad certam aedificii speciem templorumque Graecorum consuetudinem revocari possit non video.

Confecero rem si adiecero locum Lucii Tarrhaei, qui de iisdem laudatur apud Steph. B. *καὶ κατὰ μέντοι τοὺς ἡμετέρους, φησὶν ὁ Ταρραῖος, εἰ μὲν λάβῃ τῆς μάστιγος, οἱ δὲ ἱμάντες ἀποπεπτώκασιν. περὶ μέντοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκούσαμεν, ὡς ἐπείπερ ἐτύπτετο μὲν ὑπὸ μάστιγος, ἠχεῖ δ' ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὡς χειμερίου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεγένετο.* Sequuntur haec post locum Aristidis, ad quem nonnulla ita pertinere videntur, ut cum extremis iungantur: *ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ καὶ λάβῃ τῆς μάστιγος.* Reliqua in hunc fere modum refingenda sunt: *καὶ κατὰ μέντοι τοὺς ἡμετέρους (χρόνους), φ. ὁ T., οἱ μὲν ἱμάντες ἀποπεπτώκασιν· παρὰ μέντοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς*

---

*) Cf. Siebelis Phanodem. praef. p. VII sq. Ad frgm. operis *περὶ παροιμιῶν* (Siebel. p. 18 sqq.) adde Schol. Vat. Eur. Rhes. 250. de proverbio: *ἔσχατος Μυσῶν.*

ἠκούσαμεν ὡς, ἐπείπερ — χρόνον δυσχειμέρου (cf. Eustath. p. 335, 46.) τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης, εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεγένετο sc. τὸ χαλκεῖον. Hac igitur demum aetate vides collapsa fuisse quae integra descripserat Polemo. De Lucio Tarrhaeo v. Steph. B. v. Τάρρα. Λούκιος δ' ἦν ἀπὸ Τάρρης τῆς Κρητικῆς πόλεως. φέρεται δὲ τούτου τὰ περὶ παροιμιῶν ἄριστα καὶ περὶ γραμμάτων καὶ τεχνικὰ γλαφυρώματα. Idem Lucillus dicitur ap. Steph. B. v. Θεσσαλονίκη et ap. Anonym. Vit. Apollon. Vol. I. p. XIV. Well. Scripserat etiam de Thessalonica librum singularem, v. Steph. B. l. c., et commentarium in Apollonium Rhodium, v. Anonym. l. c. et Schol. Apollon. I. 187. 1040. 1083. 1165. Ex opere, quod τεχνικὰ γλαφυρώματα inscripserat, excerpta videntur quae leguntur in Scholl. Dionys. Thr. p. 652. Bekk. Λούκιος δὲ ὁ Ταρραῖος λέγει, ὅτι τῆς τέχνης εἴδη τέσσαρα κτλ. Ex opere περὶ γραμμάτων excerpta exstant in Anecd. Crameri Vol. IV. p. 318—322, a seriore quodam epitomatore, Christiano homine, interpolata, cf. ib. p. 308. Nostrum locum patet ex libris περὶ παροιμιῶν sumtum esse, qui videntur et eorum, quae priores de proverbiis composuerant, retractatione et multis de sua ipsius cognitione adiectis praestantissimi fuisse. Fecerat enim itinera longinqua indeque opus suum illustraverat, quod cernitur tam ex nostro loco, παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκούσαμεν, quam ex Schol. Plat. p. 396. Bekk. ἤκουσα δέ, φησὶν ὁ Ταρραῖος, ἐγχωρίων λεγόντων ὅτι ἐν Σαρδόνι γίγνοιτο βοτάνη σελίνῳ παραπλησία κτλ. Et suspicor equidem, Stephanum B. non solum extrema, sed omnia quae habet de proverbio Δωδ. χαλκ. una cum testimoniis Demonis et Aristidis et Menandri ex Lucio Tarrhaeo descripsisse, quippe quem videmus Stephano optime cognitum fuisse. Accedit quod Zenobius, qui se inprimis Tarrhaeo usum esse diserte praefatur proverbiis suis, de nostro proverbio habet ferme eadem quae Stephanus, sed omisso nomine Aristidis, nominato Menandro; v. Zenob. VI. 5, ex quo sua rursus descripsit Schol. Cod. Paris. 1761, edit. ab Osanno Auctar. Lex. Gr. p. 14. — Ex Tarrhaei proverbiis insuper sumta sunt quae leguntur apud Tzetz. Chil. VIII. 159, cf. Schol. Plat. l. c.

2. *περιήγησις Ἰλίου*, libris III.

Titulum affert Suidas. Certa fragmenta non exstant, sed sunt inter incerta quae summa cum probabilitate huc referas. Ipsum opus simile fuisse dixeris iis, qualia fuerunt Hellanici Lesbii, Damastis Sigeensis, et inter recentiores Demetrii Scepsii, quos omnes memorabile est sicut etiam Polemonem aut ex ipso agro Troiano aut ex proximis civitatibus oriundos fuisse. Priorum opera et ipsum Polemonem obscurasse videtur Demetrius Scepsius, qui vixit aetate Cratetis et Aristarchi et edidit *ἐξήγησιν τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου* i. e. catalogi Troianorum qui est apud Homerum, quadraginta libris comprehensam: quod opus in catalogo navium postea imitatus est Apollodorus Atheniensis. Ex Demetrio multa servavit Strabo, qui huic plurimum tribuit, cf. Strab. XIII. cap. 1, inprimis p. 116. 125. Tauchnitz. Inquirebat autem tam hic quam Polemo et antiquiores in situm, origines, antiquitates eorum locorum, quae Homeri ceterorumque epicorum carminibus per omnem Graeciam nobilitata et quodam modo consecrata erant; fabulas insuper ipsas persequebantur addita monimentorum locorumque enarratione.

XXXI*. Scholl. Venet. et Did. in Il. I. 39. *Σμινθεῦ*] *ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. Σμίνθος γὰρ τόπος τῆς Τρῳάδος, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Σμινθίου ἀπὸ αἰτίας τῆσδε. ἐν Χρύσῃ, πόλει τῆς Μυσίας, Κρῖνίς τις ἱερεὺς ἦν τοῦ κεῖθι Ἀπόλλωνος. τούτῳ ὀργισθεὶς ὁ θεὸς ἔπεμψεν αὐτοῦ τοῖς ἀγροῖς μύας, οἵτινες τοὺς καρποὺς ἐλυμαίνοντο. βουληθεὶς δέ ποτε ὁ θεὸς αὐτῷ καταλλαγῆναι πρὸς Ὄρδην τὸν ἀρχιβουκόλον αὐτοῦ παρεγένετο, παρ' ᾧ ξενισθεὶς ὁ θεὸς ὑπέσχετο τῶν κακῶν ἀπαλλάξειν, καὶ δὴ παραχρῆμα τοξεύσας τοὺς μῦς διέφθειρεν. ἀπαλλασσόμενος οὖν ἐνετείλατο τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ δηλῶσαι τῷ Κρίνιδι. οὗ γενομένου ὁ Κρῖνις ἱερὸν ἱδρύσατο τῷ θεῷ, Σμινθέα αὐτὸν προσαγορεύσας, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἐγχώριον αὐτῶν διάλεκτον οἱ μύες σμίνθοι καλοῦνται. ἡ ἱστορία παρὰ Πολέμωνι.*

Poterant haec etiam ad epistolam ad Attalum scriptam revocari; v. praefat. huius epistolae. — De re cf. Clem. Alex. Protr. p. 34. Potter. *Πολέμων δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρῳάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσι,*

(sc. *θρησκεύειν*), *ὅτι νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων· καὶ Σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπεφήμισαν*, qui confudit testimonia Polemonis et alius grammatici, quae diserte distinguuntur apud Schol. Il. Praeterea cf. Strab. XIII. p. 116 sqq., Eustath. p. 34, 10. — 35, 8, Schol. Aristot. Rhet. II. 24. et qui plenissime de his fabulis egit Hoeck Creta II. p. 265 — 285. — *Κρῖνις, ἱερεὺς Ἀπόλλωνος* memoratur etiam ap. Herodian. Epim. p. 68. Idem nomen vel similia sunt *Κρῖνις* Stoicus ap. Diog. L. VII, 62. 68. 76, *Κρινόεις*, unus e Dactylis Idaeis, *Κρίνακος*, Iovis filius, *Κρίνης* pater Simonidis Amorgini, *Κρινώ*, Danai uxor et alia, quae dicitur fuisse filia Antenoris, cf. Welcker de Cycl. ep. p. 152. 154: sed dubito nihilominus quin hoc nomen mere graecum fuerit. Certe peregrinae originis alterum illud est, quod memorat Polemo, *Ὄρδης*: unde intelligitur, graecas fabulas diuturnitate temporum per istas regiones cum Mysorum atque Lydorum permixtas fuisse. — *ἀπαλλάττεσθαι* dicitur de deo de conspectu hominum sublato: cui opponitur *ἡ ἐπιφάνεια*, quae vox ponitur eodem significatu quo *ἐπιφάνειαι Ἀπόλλωνος*, *Διός*, in titulis Istri et Phylarchi; cf. Siebelis Phanodem. etc. frgm. praef. p. XX *).

XXXII *. Eustath. ad Il. II. p. 228. *καινὸν δὲ οὐδὲν καὶ τοιοῦτον ἀνατεθεῖσθαι λίθον ἐν τοῖς ἐκεῖ· ἐπεί τοι καὶ Παλαμήδους ἐπινοησαμένου κυβείαν καὶ πεττείαν ἐν Ἰλίῳ εἰς παραμύθιον λιμοῦ κατασχόντος τὴν στρατιὰν λίθος ἐκεῖ ἐδείκνυτο, καθὰ Πολέμων ἱστορεῖ, ἐφ' οὗ ἐπέσσευον.*

Cf. Eustath. ad Od. p. 1397, 10. Calculorum inventio ab Herodoto ad Lydos refertur, I. 94, ubi item per inediam aerumnarumque propulsandarum causa haec ludicra excogitata esse perhibentur, id quod satis scite fictum est. Herodotum respiciens Eust. l. l. *λέγοντος Ἡροδότου ἐπὶ Ἄτυος εὑρεθῆναι διὰ λιμὸν τὰς παιδιὰς, οὐκ ἐξ ἀνάγκης καὶ πεττοὶ συννοοῦνται, οὓς ὁ Παλαμήδης εὗρε*, et videtur ipse Herodotus Palamedis gloriae cavisse, quum scribat, *ἐξευρεθῆναι δὲ ὧν τότε καὶ τῶν κύβων — καὶ τῶν ἄλλων πασέων παιγνιέων τὰ εἴδεα πλὴν πεσσῶν*, unde

*) In indice scriptorum Istri Siebelisio addendus liber *περὶ τῶν Ἡλίου ἀγώνων*, ex Schol. Pind. Ol. VII. 146.

patet *πεσσείαν* peculiariter ad Palamedem pertinere. Nihilominus iam Polygnotus Palamedem pinxit cum Thersite *κύβοις χρώμενον παιδιᾷ*, teste Pausania X. 31, 1, et facit cum hoc etiam Sophocles, cf. Naupl. frgm. 380. 381. Ddf. De aliorum locis cf. O. Iahn Palamed. p. 27 sq. 65, qui poterat etiam Varronem laudare ap. Serv. Aen. II. 81. *Palamedem constat fuisse prudentem: nam et tabulam* (i. e. *τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον*, in quo *πεσσοὶ* ludebantur, cf. Iahn p. 27.) *ipse invenit ad comprimendas otiosi seditiones exercitus, ut Varro testatur.* Cf. praeterea Welcker Zeitschr. f. Alterthumsw. 1834. p. 54 sq., qui iam in Cypriis carminibus haec Palamedis inventa tractata esse suspicatur.

XXXIII*. Steph. Byz. v. *Μυρμισσός· πόλις περὶ Λάμψακον, ὡς Πολέμων.*

Eadem urbs dicitur *Μερμησσός*, Steph. B. v. *Μαρμισσός*, Suid. v. *Σίβυλλα*, *Μαρπησσός*, Paus. X. 12, 1 sq., cf. Siebelis ad h. l. et Salmas. ad Solin. p. 79. Ferebatur unius ex Sibyllis patria esse, unde haud raro nominatur, velut Tibull. II. 5. 67, ubi codd. habent *Marpesia*, et ap. Lactant. Inst. I. 6, 12, ubi codd. variant inter *Marpessus* et *Marmesus*. Ad agrum Troianum hoc oppidum pertinuisse cernitur ex Suida et ex Pausania.

3. De urbibus Ponticis, de Caria, insulis.

α. περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων.

Titulum servavit Suidas. Pontum quonam sensu dixerit ambiguum est. Est regnum Ponti, quod exstitit ab anno 282. a. Chr., quae regio plenius appellabatur *ἡ πρὸς τῷ Πόντῳ Καππαδοκία*, opposita *τῇ ἰδίως Καππαδοκίᾳ*, cf. Strab. XII. p. 3. XIV. p. 236. *ὁ νῦν ἰδίως λεγόμενος Πόντος, τῆς Καππαδοκίας μέρος ὢν τῆς πρὸς τῷ Εὐξείνῳ.* Sed velut Hellespontus dicebatur et ipsum fretum Helles et *ἡ χώρα ἡ παρακειμένη τῷ κόλπῳ ἀπὸ Ἕλλης* (Steph. B.), ita etiam qui oppida ad Pontum Euxinum adiacentia incolebant *τὸν Πόντον* s. *ἐν τῷ Πόντῳ* habitare dicebantur, velut Herod. IV. 8. *Ἑλλήνων δὲ οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες*, Steph. B. v. *Ἀρκιρόεσσα, πόλις ἐν Πόντῳ, Ἡρακλείας ὑποτελής*, cf. Xenoph. Anab. V. 2, 2. 6, 15, rep. Athen. II. 7.

Atque hac significatione etiam Polemonis titulum accipiendum crediderim, ut dixerit de Heraclea Pontica vicinisque oppidis. — Neque regnum Ponti fere nisi addito articulo dicitur ὁ *Πόντος*.

β. Carica.

XXXIV*. Steph. B. *Εὐθηναί, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν καθ' ἡμᾶς Εὐθηναῖος, κατ' ἐκείνους δὲ Εὐθηνεύς. Πολέμων δὲ καὶ Εὐθηνίτας φησίν.*

Holstenius in nummis et *Εὐθηναίων* et *Εὐθηνίτων* inveniri monet. Oppidum Euthane haud procul ab Halicarnasso situm memoratur etiam a Pomp. Mel. I. 16. Plin. H. N. V. 29.

XXXV*. Etym. M. p. 751, 27. *Τελμισσεῖς· οἰκοῦσιν ἐν Καρίᾳ, ἀπέχοντες ἑξήκοντα στάδια Ἁλικαρνασσοῦ, ὡς Πολέμων. Τελμισσὸς δὲ πόλις ἐν Λυκίᾳ κτλ.*

Eadem leguntur ap. Suid. Phot. s. v., Apostol. Proverb. XVIII. 25. Steph. B. v. *Τελμισσός, πόλις Καρίας, ὡς δὲ Φίλων καὶ Στράβων, Λυκίας. ἔστι γὰρ ἀμφοτέρων ὅριον μετὰ Λαίδαλα.* Eustath. Dionys. P. p. 267, 30. *Τελμισσός, πόλις Καρίας ἢ Λυκίας.* Vides eandem urbem dici, inclytam illam haruspicum disciplina; quae ab aliis ad Lyciam, ab aliis ad Cariam referebatur, quum in confinio utriusque sita esset; cf. Liv. XXXVII. 16. *Telmessicus sinus, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit.* Similis Ancyrae ratio erat, quae et Galatiae et Phrygiae adscribebatur, *διὰ τὸ ἀμφοτέρων εἶναι*, Steph. B. h. v.; Lyrnessi, quae vulgo Ciliciae, a Ptolemaeo Pamphyliae esse dicebatur, Scholl. Dionys. P. 875. p. 361; Aeginae, quae modo inter Paphlagoniae modo inter Ponti oppida habebatur, Steph. B. v. *Αἰγνήτης*. Sed Telmissus ab antiquioribus scriptoribus semper inter Lyciae urbes numeratur, velut ab Herod. I. 78; a recentioribus demum, Polemone, Cicerone (de Div. I. 41.), aliis inter Cariae. Itaque credibile certo tempore aut ipsam Telmissum a foedere Lycio ad Cariam descivisse; et narrabatur de bello inter Telmissenses et ceteros Lycios gesto ap. Theopomp. Histor. lib. XIV, v. Phot. Bibl. cod. 176: aut ab aliis talem confinii, quo Lycia et Caria disiungebantur, immutationem factam esse, ut Telmissus ab

illa ad hanc referretur; quod fortasse factum a Ptolemaeis, cf. Niebuhr Opusc. p. 288 sqq. — Scribebatur et *Τελμισσὸς* et *Τελμησσός*, sicuti etiam *Τερμισσὸς* et *Τερμησσός*.

γ. De insulis.

περὶ Σαμοθρᾴκης.

XXXVI. Athen. IX. p. 372. A. *Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ περὶ Σαμοθρᾴκης καὶ κιττῆσαί φησι τῆς γηθυλλίδος τὴν Λητώ, γράφων οὕτως· „διατέτακται παρὰ Δελφοῖς τῇ θυσίᾳ τῶν θεοξενίων, ὃς ἂν κομίσῃ γηθυλλίδα μεγίστην τῇ Λητοῖ, λαμβάνειν μοῖραν ἀπὸ τῆς τραπέζης. ἑώρακά τε καὶ αὐτὸς οὐκ ἐλάττω γηθυλλίδα γογγυλίδος καὶ τῆς στρογγύλης ῥαφανῖδος. ἱστοροῦσι δὲ τὴν Λητὼ κύουσαν τὸν Ἀπόλλωνα κιττῆσαι γηθυλλίδος· διὸ δὴ τῆς τιμῆς τετυχηκέναι ταύτης.“*

ἑώρακα est in libris, Ddf. *ἑόρακα*. Idem deinde pro *τε καὶ* malit *δὲ καί*. — Polemonis testimonium ex Didymo ad Athenaeum transiisse videtur, cf. p. 371. F. *τὸ γήθυον, — οὗ μνημονεύει Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ, ὅπερ ἐξηγούμενος δρᾶμα Δίδυμος ὅμοιά φησιν εἶναι τὰ γήθυα κτλ.* — Ipsa fabella ex iis est, quas recentiore vocabulo legendas dicere solemus, ad rituum sacrorum similitudinem et ut rituum causae ex sacra deorum historia repetantur effictas. Haec spectat Theoxenia apud Delphos in honorem Apollinis celebrata. De Theoxeniis v. Boeckh. Expl. Pind. p. 194 *). Parabantur hoc festo epulae sacrae, quibus peculiariter uteretur is deus, cui templum aliquod et oppidum sacrum erat, velut Apollo apud Delphos et Pellenenses (Paus. VII. 27, 1.); sed accubabant etiam alii dei, qui ab illo tanquam invitabantur eiusque *ξένοι* erant: unde Hesych. *θεοξένια, κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς.* Ita apud Ovid. Fast. IV. 422. Theoxenia parantur ab Arethusa (i. e. Arethusae parabantur), adsunt cetera Siculae religionis numina, inter ea Ceres et Proserpina, quae hac occasione rapitur a Plutone. Delphicis igitur Theoxeniis praeter ceteros deos etiam Latona interesse putabatur; mater epulabatur cum filio filiaque. Mulieres praegnantes constat ad aliena

*) Adde Theoxenia Teniorum, Corp. Inscr. N. 2338, vs. 114—118.

ciborum proniores esse. Latona ecce Apolline et Diana gravida rapam prae ceteris omnibus appetit; inde obtinuit ut rapae illi prae ceteris eduliis a Delphis in Theoxeniis offerrentur. Qui maximam apposuerat, is accepit *μοῖραν ἀπὸ τῆς τραπέζης*, ubi sacra mensa dici videtur ea, ad quam pulvinaria diis sternebantur. Simili honore in eodem festo afficiebantur Pindaridae, v. Plutarch. de Ser. Num. Vind. c. 13. *ἀναμνήσθητι δὲ — τῶν θεοξενίων καὶ τῆς καλῆς ἐκείνης μερίδος, ἣν ἀφαιροῦντες τοὺς Πινδάρου κηρύττουσι λαμβάνειν ἀπογόνους**): quo loco uti poterat Schneidewinus ad Eustath. Prooem. Pind. praef. p. VII sq. Et affunditur eodem loco lux iis quae narrantur ap. Eust. l. l. p. 17. Schneidew. *Ἀπόλλων γοῦν οὕτω, φασίν, αὐτὸν (Πίνδαρον) ἐφίλει ὡς καὶ μερίδα λαμβάνειν ἐκ τῶν θυομένων ἐκείνῳ καὶ τὸν ἱερέα δὲ βοᾶν ἐν ταῖς θυσίαις. „Πίνδαρος ἐπὶ τὸ δεῖπνον τῷ θεῷ,“ ἢ καὶ ἄλλως, „Πίνδαρος ἴτω ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦ θεοῦ,“* cf. Thom. vit. Pind. p. 4, vita Vratisl. p. 9. Eodem pertinere arbitror quod narratur de Theoxeno, amasio Pindari, ap. Hesych. Miles. p. 44. Orelli.

4. De civitatibus Italiae et Siciliae.
κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν.

Titulum affert Schol. Apollon. IV. 324. (frgm. XXXVII.) Vulg. *ἐν κτίσει.* Paris. *ἐν κτίσεσιν.* Post *Σικελικῶν* suppl. *πόλεων.* Quum in hac inscriptione iungatur Italiae et Siciliae tractatio, credibile etiam ceteras res, quae in hanc sectionem incurrebant, ad Italiam et Siciliam pertinentes eadem operis parte vel eodem libro comprehensas fuisse.

XXXVII. Schol. Apollon. Argon. IV. 324. *ὁ δὲ Καυλιακὸς σκόπελος* (cuius meminerat Apollonius l. c.) *τῆς Σκυθίας, πλησίον τοῦ Ἴστρου· οὗ μνημονεύει Πολέμων ἐν κτίσεσιν Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν.*

Rupes Cauliacae ad eam Danubii partem quaerendae sunt, ubi Dravus cum eo coniungitur. Quod cernitur partim ex fragmento Hecataei (frgm. LX. Klaus.) *Καυλικοί, ἔθνος κατὰ*

---

*) *Πινδάρου ἀπογόνους* (cf. Arrian. Anab. I. 9, 10.) credo similiter dictos atque *γένος Ὁμήρου*, similia.

τὸν Ἰόνιον κόλπον· κέκληται δὲ ἀπὸ ὄρους: partim ex eo, quod Apollonius prope montem Cauliacum et Angurum, qui illi vicinus erat (flumen Ἄγγρος eiusdem regionis memoratur ab Herodoto IV. 49.), τὸν Ἴστρον narrat, ut Scholiastae verbis utar, διασχιζόμενον τῇ μὲν εἰς τὸν Ἀδρίαν, τῇ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον εἰσβάλλειν, ubi patet indicari Dravum disiuncto a Danubio flumine occidentem petentem.

XXXVIII*. Fest. Epit. p. 255. ed. Lindem. Salios a saliendo et saltando dictos esse quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuisse nomine Salium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuvenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit.

Vides Polemonem etiam de Roma dixisse fabulamque illam de Aenea attigisse, quam vix fuerit quisquam qui non attigerit, ubi Romae origines expromendae erant. De Saliis v. Dionys. Archaeol. Rom. II. 70, et qui eiusdem Salii ex Polemone ut videtur meminerunt, Plutarch. Num. c. 14, Serv. Virg. Aen. VIII. 285. Polemo, etsi in ceteris erravit, id tamen recte scripsit, quod dixerat Salium docuisse *iuvenes Italicos;* nam constat Saliorum collegia et carmina et saltationes non Romae propria, sed per omnem Italiam dispersa fuisse. — Poteram hunc locum etiam ad librum περὶ Σαμοθράκης revocare, quod malit Lobeck Aglaoph. p. 1206.

II. Ἀντιγραφαί.

1. τὰ πρὸς Τίμαιον.

Opus magnum et diffusum, duodecim minimum libris constans; nam citatur duodecimus frgm. XLV*). Quod adversus Timaeum Siculum editum fuisse apertum est ex frgm. XLIV. Notum est Timaeum varias historiis suis narratiunculas et notationes antiquarias inserendo gloriolam sibi eruditionis multiplicis quaesivisse, ideoque Γραοσυλλέκτριαν appellatum esse; vid. Suid. v. Τίμαιος, Hesych. Mil. p. 54; cf. Goeller Syracus. Orig. p. 194; adde Polyb. Exc. Vat. p. 25. Lucht.

*) Casu factum videtur ut maxima fragmentorum pars non indicetur in indice Schweigh. neque apud Dindorfium p. 1880 sq.

ἔτι δὲ κατὰ πόλεων καὶ τόπων ὅταν ἐπιβάλωνται γράφειν τὰ κατα μέρος ὄντες ἀκριβεῖς τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας, δῆλον ὡς ἀνάγκη — πολλὰ μὲν ἀξιόλογα παραλιπεῖν, περὶ πολλῶν δὲ ποιεῖσθαι πολὺν λόγον οὐκ ἀξίων ὄντων. ὃ δὴ συμβαίνει μάλιστα Τιμαίῳ. Talibus infestos fuisse puta inter grammaticos Istrum, cuius *ἀντιγραφαὶ πρὸς Τίμαιον* citantur Athen. VI. p. 272. B, inter periegetas Polemonem. Quamquam poterant etiam ea horum disputationibus ansam dare, quae disputaverat ille de originibus civitatum deque gentibus et coloniis, in quo maximam doctrinae speciem ponere solebat; cf. Polyb. Exc. Vat. p. 33. *μάλιστα ταύτην γ' ἐνείργασται τὴν δόξαν ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας ἀποφάσεων· ἐν γὰρ ταύταις τηλικαύτην ἐπίφασιν ποιεῖ διὰ τῆς ἀκριβολογίας καὶ τῆς πικρίας τῆς ἐπὶ τῶν ἐλέγχων, οἷς κέχρηται κατὰ τῶν πέλας, ὥστε δοκεῖν παρ' αὐτὸν τοὺς ἄλλους συγγραφέας ἅπαντας ἐγκεκοιμῆσθαι τοῖς πράγμασιν κτλ.* Talis ostentatio industriosos illos antiquitatum grammaticos apprime allicere atque ad maiorem, quae in refellendo cerneretur, doctrinam expromendam irritare debebat. Ne putes Polemonem nimium in hac contendendi opera fuisse, memento Timaeum in colligendis rebus diligentiorem quam in digerendis et excutiendis accuratiorem fuisse; cf. Polyb. l. l. p. 14. *τὸ περὶ τὰς ἀνακρίσεις μέρος ἐπισέσυρται παρ' αὐτῷ τελέως, ὅπερ ἐστὶ κυριώτατον τῆς ἱστορίας.* Ingenti ille doctrina instructus ad historiam accessit, quum et litteris multum temporis idque in litteratissima Athenarum urbe tribuisset (Polyb. Exc. Vat. p. 22. *ἀποκαθίσας γὰρ Ἀθήνησι* (cf. p. 26.) *σχεδὸν ἔτη πεντήκοντα καὶ πρὸς τοῖς τῶν προγεγονότων ὑπομνήμασι γενόμενος ὑπέλαβε τὰς μεγίστας ἀφορμὰς ἔχειν πρὸς τὴν ἱστορίαν*), et itinera longinqua fecisset, sed erat neque subacto iudicio neque probata fide. cf. Polyb. ib. p. 14. *τοσοῦτο ἀπέχει τοῦ δι' ἑτέρων ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν ἀνακρίνειν, ὥστ' οὐδὲ τούτων, ὧν αὐτόπτης γέγονε καὶ ἐφ' οὓς αὐτὸς ἥκει τόπους, οὐδὲ περὶ τούτων οὐδὲν ὑγιὲς ἡμῖν ἐξηγεῖται:* quamquam non diffiteor Polybium sicuti in alios ita etiam in Timaeum paullo iniquiorem fuisse videri. — Praeterea monendum, interdum Platonis Timaeum ita citari, ut de his Polemonis adversus Timaeum Siculum commentariis cogitare possis, velut apud Anonym. in Anecd. Cram. II. p. 352, 21.

τιμῶ, Τίμαιος, ἐν τῇ πρὸς Τίμαιον βίβλῳ, cf. Melet. ib. p. 60, 16. *ἡ δὲ τρίτη αἰτία Πλάτωνός ἐστι φλυαρία ἐν τῇ πρὸς Τίμαιον· φησὶ γὰρ κτλ.* Apud antiquiores idem liber plus semel laudatur *ὁ Τίμαιος*, Platonis nomine non addito, v. Trendelenburg Platonis de Ideis et Numeris doctr. p. 17 sq.

Ex libro I.

XXXIX. Athen. X. p. 416. B. *Πολέμων δ' ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον παρὰ Σικελιώταις φησὶν Ἀδδηφαγίας ἱερὸν εἶναι καὶ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα, οὗ πλησίον ἱδρύσθαι καὶ Ἱμαλίδος, καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἑρμούχου, ἐν δὲ Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου.*

Libb. *ἐν ἐννάτῳ*, quod correxit Schweigh. ex hoc loco, Athen. III. p. 109. A. *οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν, ἀλλὰ τῶν εὑρημένων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος καὶ Ἱμαλίδος· οὕτως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Συρακοσίοις τιμᾶται, ὡς ὁ αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Μορύχου* (cf. frgm. LXXIV.)· *ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον ἐν Σκώλῳ φησὶ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου ἀγάλματα ἱδρύσθαι.* Ex Athenaeo fere eadem repetunt Aelian. V. H. I. 27, Eust. p. 265, 28 sqq. — Voracitatem etiam Catinae cultam fuisse collegeris ex epistolis Diodori Sic. Vol. X. p. 286. ed. Bip., apocryphis illis quidem, sed quarum doctrina non de trivio hausta est. De Cerere Frumentaria, *Σιτώ*, cf. Demet. et Perseph. p. 316 sq. — Ceres *Ἱμαλὶς* est Farinacea; cf. Athen. XIV. p. 618. D, Hesych. v. *Ἱμαλὶς* et *Ἱμαλία;* adde Diodor. Sic. V. 56, de quo loco ingeniose Heffter Rhod. III. p. 25. Mensis *Ἱμάλιος* apud Hierapytnios nominabatur, Corp. Inscr. N. 2556, quem Boeckhius Vol. II. p. 406, 6. interpretatur *Καρποφόρος*, quum proprie ita dictus videatur is mensis, quo fruges molebantur, v. Heffter l. c. De Cerere Farinacea cf. Demet. et Perseph. p. 326. Et recte quidem Hefferus l. c. *τὴν Ἱμαλίδα* monet velut alteram figuram esse *τῆς Σιτοῦς*, iuxta quam illa stetit. — De Cerere *Ἑρμούχῳ* cf. Demet. et Perseph. p. 321. Edebatur *Ἑρμόχου*, quod Villebrun explicavit Cererem manipulum spicarum manu tenentem, Casaubonus in *Σπερμόχου* mutandum

censuit. *Ἑρμούχου* editum a Schweigh. ex cod. Veneto. — De Scolo Boeotiae oppido v. O. Mueller Orchom. p. 489. — A nomine *Μεγάλαρτος* (cf. Demet. et Perseph. p. 326, et de differentia *ἄρτου* et *μάζης* ib. p. 318.) dicta *τὰ Μεγαλάρτια*, Deliorum festum; cf. Athen. III. p. 109. F. *ἀχαίνας· τούτου τοῦ ἄρτου μνημονεύει Σῆμος ἐν ὀγδόῳ Δηλιάδος, λέγων ταῖς Θεσμοφόροις γίνεσθαι* (h. e. Cereri et Proserpinae Legiferis hoc genus panum sacrum fuisse). *εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι· καὶ ἑορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια, ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων· „ἀχαίνην, στέατος ἔμπλεων τράγον,“* h. e. achainam gestamus, tragum (genus pultis ex tritici semine et leguminibus variis factum, Plin. H. N. XVIII. 7, 16. 10, 20. n. 4.) fermentatum. Idem festum esse videtur quod aliis grammaticis audit *Ἀρτοφόρια*, v. Herodian. ap. Cram. Anecd. III. p. 277, 27. Theodos. Gr. p. 69, 17. Goettl.

XL *. Athen. II. p. 39. C. *Πολέμων φησὶν ἐν Μουνυχίᾳ ἥρωα Ἀκρατοπότην τιμᾶσθαι, παρὰ δὲ Σπαρτιάταις Μάττωνα καὶ Κεράωνα ἥρωας ὑπό τινων μαγείρων ἱδρύσθαι ἐν τοῖς φειδιτίοις. τιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ Δειπνεύς, ἀπὸ τῶν δείπνων σχὼν τὴν προσηγορίαν.*

Subieci hunc locum propter argumenti similitudinem. Schweighaeuserus adnotat haec: „Eorundem numinum, Spartae a coquis dedicatorum, rursus meminit Athen. IV. p. 173. F. sqq., ubi pro *ὑπό τινων μαγείρων* est *ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φειδιτίοις ποιούντων τε τὰς μάζας καὶ κεραννύντων τὸν οἶνον διακόνων*, quibus verbis simul ratio significatur nominum numinibus illis impositorum. Nempe *ἀπὸ τοῦ μάζαν μάττειν* alterum *Μάττωνα* vocarunt, pro quo nomine opportune hic posito minus commode *Λαίτωνα* est IV. p. 173. F. Contra ibi recte *ἀπὸ τοῦ κεραννύειν* vel *κερᾶν τὸν οἶνον* alterius nomen *Κεράωνα* scriptum exhibent libri omnes et Eust. p. 1413, 21 sq., quod ipsum hic pro *Κέρδωνα* monente etiam Meursio Miscell. Lacon. I. 6. reponere non dubitavi.“

Ex libro IV.

XLI. Clem. Al. Protrept. p. 41. Pott. *μὴ οὖν ἀμφιβάλλετε εἰ τῶν Σεμνῶν Ἀθήνησιν καλουμένων θεῶν τὰς μὲν δύο Σκοπᾶς*

ἐποίησεν ἐκ τοῦ καλουμένου Λυχνέως λίθου, Κάλαμις δὲ ἦν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦντα λέγουσι Πολέμωνα δεικνύναι ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν πρὸς Τίμαιον. Schol. Aeschin. adv. Timarch. p. 747. Rsk. *τρεῖς ἦσαν αὗται αἱ λεγόμεναι Σεμναὶ θεαὶ ἢ Εὐμενίδες ἢ Ἐρινύες· ὧν τὰς μὲν δύο τὰς ἑκατέρωθεν Σκοπᾶς ὁ Πάριος ἐποίησεν ἐκ τοῦ Λυχνίτου λίθου, τὴν δὲ μέσην Κάλαμις.* Schol. Soph. Oed. Col. 39. *Φύλαρχός φησι δύο αὐτὰς εἶναι, τὰ δὲ Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο· Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτάς φησι.*

Coniunctis his locis alteri ab altero lux affunditur. Apud Clem. Alex. in libb. est *Κάλως δὲ ἦν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦνται ἔχουσαι, Πολέμωνα. Κάλαμις* scribendum esse viderunt Osann in Annal. Inst. Corr. Arch. 1830. p. 149, O. Mueller in Aeschyl. Eum. p. 179, Creuzer Symb. I. 1. p. 150 sqq. edit. 3: cetera ego emendavi ex coniectura. — Apud Schol. Aeschin. verba *τὰς ἑκατέρωθεν* leguntur in codd. Mead. (Dobson Demosth. et Aeschin. T. VIII. p. 384.) et Paris. (Creuzer l. c. p. 151.). Deinde Paris. *ἐποίησεν* pro vulg. *πεποίηκεν*, pro *τοῦ Λυχνίτου* Mead. *τῆς Λυχνιτίδος λίθου.* — Lapis, quo Scopas usus erat, pellucidi generis, *Λυχνεὺς* vocatur ap. Athen. V. p. 205. F, *Λυχνὶς* ap. Dionys. P. v. 327. (scribebatur et *Λύχνις* et *Λυχνίς*, Eustath. ad Dionys. P. p. 152.), *Λυχνίτης* ap. Eustath. l. l., Scholl. ib. p. 345, Herodian. Epim. p. 181, 2. cf. Bernhardy adnot. p. 601 sq. Erat hic lapis *ἐλαιώδης τῇ χρόᾳ καὶ ζεστὸς πάνυ*, Plutarch. de Fluv. I. 2, intusque a centro ceu stella lucebat fulgore lunae plenae, ut ait Plin. H. N. XXXVII. 9. Talem lapidem apparet ad infernalem illam Furiarum maiestatem et ipsa materia simulacrorum exprimendam apprime accommodatum fuisse. Ceterum cf. Paus. I. 28, 6. et Mueller ad Aesch. Eum. l. c. — Phylarchum patet nonnisi de duabus Scopae signis loqui.

XLII. Schol. Oed. Col. 100. *νήφων ἀοίνοις*] *οὐ γὰρ σπένδεται οἶνος αὐταῖς, ἀλλ' ὕδωρ, καὶ νηφάλιαι καλοῦνται αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. Πολέμων δὲ ἐν τῷ πρὸς Τίμαιον καὶ ἄλλοις τισὶ θεοῖς νηφαλίους φησὶ θυσίας γίνεσθαι, γράφων οὕτως· „Ἀθηναῖοί τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιμελεῖς ὄντες καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιοι νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ Μούσῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ.“*

ἐν ante τοῖς τοιούτοις add. ex cod. Rom. Deinde dedi Μνημοσύνῃ Μούσῃ pro vulg. Μνημοσύναις, Μούσαις; cf. Suid. v. νηφάλιος θυσία παρὰ Ἀθηναίοις ἐτελεῖτο Μνημοσύνῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ, ὥς φησι Πολέμων. — νηφάλιαι θυσίαι sunt sacra abstemia, quae fiunt sine vino, eadem μελίκρατα dicta, quia plerumque erant διὰ μέλιτος, ut ait Porphyr. Antr. Nymph. c. 19, admixto vel oleo vel aqua, unde τὰ ὑδρόσπονδα, τὰ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα, εἶτ' ἐλαιόσπονδα, quae generatim appellabantur νηφάλια ἱερά, opposita τοῖς οἰνοσπόνδοις, v. Theophr. ap. Porphyr. de Abstin. II. 20. Nonnunquam et lac admiscebatur, unde μέλι κεκραμένον γάλακτι, Porphyr. Antr. Nymph. c. 28, cf. Lucian. Necyom. VII. 9, quae mixtura Romanis appellabatur mulsum. — De Atheniensium in talibus cura et religione notum est ex Act. Apost. XVII. 22, cf. Paus. I. 17, 1. 24, 3, al. — Etiam sacrificia Furiarum νηφάλια erant, v. Callimach. ap. Schol Oed. Col. 489, cf. Bentl. et Ernest. p. 490 sq. et Schol. Aeschin. p. 747*). ubi narratur iis litatum esse ἱεροῖς ποπάνοις καὶ γάλακτι ἐν ἀγγείοις κεραμείοις. — Numinibus, quae a Polemone recensentur (de Sole cf. etiam Phylarchus frgm. XXIV. Lucht.) praeter Furias, de quibus ipse Polemo illo loco dixisse videtur, addendae Ceres infera cum filia et ceteris Inferis, cf. Dionys. Hal. Antiq. Rom. I. 33, Paus. I. 18, 7, Demet. et Perseph. p. 229, Mater Magna, cf. infra frgm. LXXXVIII, denique Liber pater et filiae Erechthei, cf. Philochor. p. 26. Siebelis, et de Libero etiam Plut. Sympos. Qu. IV. 6, 2. de Tuend. Sanit. c. 17.

Ex libro V.

XLIII. Athen. III. p. 81. F. Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον ἄνθους γένος τὸ κοδύμαλον εἶναί τινας ἱστορεῖν (sc. φησί).

Cf. Hesych. v. κοδύμαλον et κυδώνιον, qui eodem quo Athenaeus auctore usus esse videtur, cf. Ranke de Hesych. p. 109.

---

*) Mater, quae hic appellatur, Furiarum Εὐωνύμη est Terra Mater, quae Εὐωνύμη audierat Epimenidi.

Ex libro VI.

XLIV. Athen. XIII. p. 588. C. *Ὕκκαρα, πόλις Σικελική, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτος γενομένη* (sc. *ἡ Λαΐς*) *ἦκεν εἰς Κόρινθον, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον.* Ib. p. 589. A. *Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακόσιος — ἐξ Ὑκκάρου φησὶ Σικελικοῦ φρουρίου εἶναι τὴν Λαΐδα, Στράττις δὲ — Κορινθίαν αὐτὴν εἶναι. — Τίμαιος δ' ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν ἐξ Ὑκκάρων, καθὰ καὶ Πολέμων εἴρηκεν, ἀναιρεθῆναι φάσκων αὐτὴν ὑπό τινων γυναικῶν ἐν Θετταλίᾳ, ἐρασθεῖσάν τινος Παυσανίου Θετταλοῦ, κατὰ φθόνον καὶ δυσζηλίαν ταῖς ξυλλίναις χελώναις τυπτομένην ἐν Ἀφροδίτης ἱερῷ. διὸ καὶ τὸ τέμενος κληθῆναι Ἀνοσίας Ἀφροδίτης. δείκνυσθαι δ' αὐτῆς τάφον παρὰ τῷ Πηνειῷ, σημεῖον ἔχοντα ὑδρίαν λιθίνην καὶ ἐπίγραμμα τόδε·*

τῆσδέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου,
Λαΐδος, ἣν ἐτέκνωσεν Ἔρως, θρέψεν δὲ Κόρινθος·
κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς Θετταλικοῖς πεδίοις.

Verba *ἀναιρεθῆναι φάσκων αὐτὴν* potueris etiam ad Timaeum referre, sed malim equidem ea a Polemone scripta putare, quippe quae prae se ferant periegetam ex monimentis locorum historiam illustrantem. Et suspicor eum in hoc, quod ad mortem et sepulcrum Laidis attinebat, a Timaeo dissensisse, quum consenserit de patria; cf. quae sequuntur apud Athenaeum: *αὐτοσχεδιάζουσιν οὖν οἱ λέγοντες αὐτὴν ἐν Κορίνθῳ τεθάφθαι πρὸς τῷ Κρανείῳ,* id quod a Timaeo narratum fuisse videtur. Quamquam hic etiam de patria Laidis aliam atque Polemo sententiam sequutus fuerit, si sequimur Steph. B. v. *Εὐκαρπία,* cuius tamen incerta in his fides est, v. Goeller Syracus. etc. p. 270. De omni historia Laidis v. Iacobs Mus. Att. III. 2. p. 173—191. 221—243, de Laide apud comicos Bergk de Reliq. Com. Att. p. 401 sq. Polemo iterum de hac quaestione citatur ap. Steph. B. v. *Κραστός,* ubi Neanthes Cyzicenus perhibetur Crastum Laidis patriam vocasse, deinde haec adiiciuntur: *Ἀπίων δέ (φησι), ὅτι μόνος Πολέμων ἔφη τὴν Λαΐδα Κορινθίαν,* quae Iacobs l. l. p. 225. et Goeller

p. 167 sq. ex margine interpolata esse censent, ego ab epitomatore decurtata esse crediderim. Nymphodori locus tractatur ab Eberto Dissert. Sicul. p. 161. 195, Timaei a Goellero l. l. p. 231 sq., quem miror nullam omnino Polemonis operis huius, quod tractamus, adversus Timaeum editi rationem habuisse, ideoque scripsisse: „est autem procul dubio Polemonis testimonium (ap. Steph. B. v. *Κραστός*) petitum ex eius *ἀντιγραφαῖς πρὸς Νεάνθην*." — De morte Laidis cum Polemone consentiunt Schol. Aristoph. Plut. 179. et Plutarch. Amator. c. 21, quorum ille amatorem Laidis dicit nomen habuisse Eurylochi vel Aristonici, deinde subiungit haec: *αὐτῆς δὲ πολλοὶ τῶν Θετταλῶν ἠράσθησαν καὶ τῷ ἔρωτι τὰ πρόθυρα αὐτῆς οἴνῳ ἔρραινον, καί φασιν ὅτι ζηλοτυποῦσαι αἱ Θετταλαὶ γυναῖκες ἐφόνευσαν αὐτὴν ξυλίναις χελώναις τύπτουσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης, πανηγύρεως οὔσης ἐν ᾗ ἄνδρες οὐ παρεγίνοντο. διὸ τούτου ἕνεκα λοιμὸς κατέλαβε τὴν Θετταλίαν, ἕως ὕστερον ἱερὸν ἐποίησαν Ἀνοσίας Ἀφροδίτης, ἐπειδὴ αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἀνόσιον τετολμήκασι φόνον*: quae patet ex plenioribus Polemonis fontibus depromta esse. Plutarchus ceteris idem narrans amatorem Hippolochum vocat, templum autem Veneris perhibet dictum esse *Ἀφροδίτης Ἀνδροφόνου*. — Etiam Corinthios Laidis sepulcrum monstrasse testatur Pausanias II. 2, 4, qui nostrum fortasse respiciens adiicit: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἐν Θεσσαλίᾳ Λαΐδος φάμενον μνῆμα εἶναι· παρεγένετο γὰρ καὶ ἐς Θεσσαλίαν ἐρασθεῖσα Ἱπποστράτου*, quae quarta est nominis, quo amator Thessalus appellatus fuerit, forma. — *ξύλιναι χελῶναι* sunt lignea scabella, cf. Hemsterh. in Schol. Aristoph. l. c. Vol. III. p. 35 sq. ed. Dindorf. — *τάφος σημεῖον ἔχων ὑδρίαν* est sepulcrum cum signo mulieris *λουτροφόρου*, quo earum, quae innuptae occubuerant, sepulcra ornari solebant, v. Mueller Ephem. Gotting. 1830. p. 2016. Epigramma, quod servavit Polemo, transiit in Anthol. Palat. Vol. II. p. 865.

Ex libro XII.

XLV. Athen. XV. p. 698. A. sqq. *πολλοί τινες παρῳδιῶν ποιηταὶ γεγόνασιν, — ἐνδοξότατος δ' ἦν Εὔβοιος ὁ Πάριος, γενόμενος*

τοῖς χρόνοις κατὰ Φίλιππον. οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἀθηναίοις λοιδορησάμενος, καὶ σώζεται αὐτοῦ τῶν παρῳδιῶν βιβλία τέσσαρα. μνημονεύει δ' αὐτοῦ Τίμων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Σίλλων. Πολέμων δ' ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον περὶ τῶν τὰς παρῳδίας γεγραφότων ἱστορῶν τάδε γράφει· „καὶ τὸν Βοιωτὸν δὲ καὶ τὸν Εὔβοιον τοὺς τὰς παρῳδίας γράψαντας λογίους ἂν φήσαιμι διὰ τὸ παίζειν ἀμφιδεξίως καὶ τῶν προγενεστέρων ποιητῶν ὑπερέχειν ἐπιγεγονότας. εὑρετὴν μὲν οὖν γένους Ἱππώνακτα φατέον τὸν ἰαμβοποιόν. λέγει γὰρ οὗτος ἐν τοῖς ἑξαμέτροις·

Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα τὴν ποντοχάρυβδιν,
τὴν ἐγγαστριμάχαιραν, ὃς ἐσθίει οὐ κατὰ κόσμον,
ἔννεφ' ὅπως ψηφῖδι κακῇ κακὸν οἶτον ὄληται,
βουλῇ δημοσίῃ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

κέχρηται δὲ καὶ ὁ Ἐπίχαρμος ὁ Συρακόσιος ἔν τινι τῶν δραμάτων ἐπ' ὀλίγον καὶ Κρατῖνος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Εὐνείδαις καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὃν ἐκάλουν Φακῆν. λέγει γὰρ οὕτως·

ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα μετεωρίζοντες ἔβαλλον
πολλοῖσι σπελέθοισι, καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς·
ὦ πάντων ἀνδρῶν βδελυρώτατε, τίς σ' ἀνέπεισεν
ἐς καλὴν κρηπῖδα ποσὶν τοιοῖσδ' ἀναβῆναι;
τοῖσι δ' ἐγὼ πᾶσι σμικρὸν μετὰ τοῦτ' ἔπος εἶπον·
λῆμμ' ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντ' ἀναβῆναι
καὶ σπάνις, ἣ πολλοὺς Θασίων εἰς ὁλκάδα βάλλει
εὐκούρων βδελυρῶν, ὀλλύντων τ' ὀλλυμένων τε
ἀνδρῶν, οἳ νῦν κεῖθι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν·
οἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς σίτου χρῄζων ἐπίθησα.
αὖθις δ' οὐκ ἐπὶ κέρδος ἀποίσομαι, εἰς Θασίους δὲ
μηδὲν πημαίνων κλυτὸν ἄργυρον ἐγγυαλίξω.

* * *

μή τις μοι κατὰ οἶκον Ἀχαϊάδων νεμεσήσῃ
πεσσομένης ἀλόχου τὸν ἀχύρμιον ἄρτον ἐν οἴκοις,
καί ποτέ τις εἴπῃ σμικρὸν τυροῦντ' ἐσιδοῦσα·
ὡς Φιλίων Ὁρμὴν παρ' Ἀθηναίοισιν ἀείσας
πεντήκοντ' ἔλαβε δραχμάς, σὺ δὲ μικρὸν ἐπέμψω.
ταῦτά μοι ὁρμαίνοντι παρίσταο Παλλὰς Ἀθήνη

χρυσῆν ῥάβδον ἔχουσα καὶ ἤλασεν εἶπέ τε φωνῇ·
δεινὰ παθοῦσα Φακῆ βδελυρὴ χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα.
καὶ τότε δὴ θάρσησα καὶ ἤειδον πολὺ μᾶλλον.

πεποίηκε δὲ παρῳδίας καὶ Ἕρμιππος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής. τούτων δὲ πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ. γέγραφε δὲ καὶ κωμῳδίαν εἰς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ἣν ἐπιγράφουσι Φιλίνναν. ὁ δὲ Εὔβοιος πολλὰ μὲν εἴρηκεν ἐν τοῖς ποιήμασι χαρίεντα· περὶ μὲν τῆς τῶν βαλανέων μάχης·

βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν,

περὶ δὲ τοῦ λοιδορουμένου κουρέως τῷ κεραμεῖ τῆς γυναικὸς χάριν·

μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κουρεῦ,
μήτε σὺ Πηλείδη.

ὅτι δὲ ἦν τις περὶ αὐτοὺς δόξα παρὰ τοῖς Σικελιώταις, Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ὁ τραγῳδιοδιδάσκαλος ποιήσας ἐλεγεῖον τρόπον τοῦτον δηλοῖ.

ὡς Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες ἤλασαν ἔξω
πατρίδος. ἀρχαίων ἦν ὅδ' ἀνὴρ προγόνων.
εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν
ξεῖνος· Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰὼν
παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι· πότης ἴσον· ἔγραφε δ' ὠνὴρ
εὖ, παρ' Ὁμηρείην ἀγλαΐην ἐπέων,
πισσύγγους ἢ φῶρας ἀναιδέας ἢ τινα χλούνην,
φλύων ἀνθηρῇ σὺν κακοδαιμονίῃ,
τοῖα Συρηκοσίοις καὶ ἔχων χάριν· ὃς δὲ Βοιωτοῦ
ἔκλυεν, Εὐβοίῳ τέρψεται οὐδ' ὀλίγον.

Insigne fragmentum, de quo praeter interpretes Athenaei disputaverunt qui de parodia Graecorum scripserunt, Flögel Gesch. d. com. Litteratur, Lips. 1784. 8. Tom. I, Moser in Studiis a Daubio et Creuzero editis, Vol. VI, Weland de praecipuis Parodiarum Homericarum scriptoribus apud Graecos, Gotting. 1833. — Dicit Polemo speciatim de Boeoto et Euboeo, credo quia etiam Timaeus horum meminerat, qui quum Agathoclis tempora (in quibus constat eum explicatissimum fuisse, v. Goeller Syracus. p. 241.) attigisset, non

poterat quin de Boeoto saltem ab Agathocle e patria eiecto commemoraret. Atque suspicor Timaeum ita de his scriptoribus dixisse, quasi primi condiderint parodiam, ideoque Polemonem maxime hoc urgere, fuisse etiam ante eos qui parodiam scripserint, inprimis Hegemonem Thasium, qui primus parodias ut peculiare poesis genus in certamen musicum induxerit. Similiter iudicat Aristoteles Poet. II. 5. *Ἡγήμων ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος*, nisi quod verbum *ποιήσας* parum accurate positum est, quum ante eum iam Hipponax (ex Polemone Suidas v. *Ἱππῶναξ· οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν*, cf. Ranke de Hesych. p. 53 sq.) parodia usus esset, sed singulis tantum versibus inspersis, ut videtur. De iis versibus, qui a Polemone allegantur, v. Welcker Hippon. et Anan. frgm. p. 79. Unicum metri hexametri exemplum sunt videnturque in initio carminis positi fuisse, quod Homericis maximam partem versibus ad parodiae rationem detortis helluonem quendam Eurymedontis filium irriserit vs. 1. — *Εὐρυμεδοντιάδεα* ex codd. cum Dobraeo et Dindorfio. Schweigh. *Εὐρυμέδοντ' ᾄδοις*, Welcker *Εὐρυμέδοντα, θεά.* — De voce *ποντοχάρυβδις* v. Schweigh. ad Athen. XI. p. 485, cf. Toup. ad Longin. p. 241. *χάρυβδις* est helluo; inde ductum verbum *χαρυβδίζειν*, ingurgitare. Cic. Philipp. II. 27. „quae charybdis tam vorax?" Sic *μεθυσοχάρυβδις* de ebriosa muliere, v. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 51; cf. Bergk Commentatt. d. reliq. comm. Att. p. 255. — *ἐγγαστριμάχαιρα* (Hesych. s. v. *ἡ ἐν γαστρὶ κατατέμνουσα* sc. *μάχαιρα*) dicitur de homine, qui gladium in ventre habere videtur, ita omnia valet concidere atque concoquere; cf. *ἐγγαστρίμυθος, ἐγγαστρίμαντις.* Cum vs. 3. cf. Il. III. 417, cum vs. 4. Il. I. 316. — De Epicharmo v. Grysar Doriens. com. p. 190 sq.; de Cratini Eunidis v. Meineke Quaestt. scen. p. 20. Parodici aliquot versus Cratini leguntur ap. Athen. I. p. 28. A. et 29. C. ex *Φορμοφόροις* sumti, ad Homeri similitudinem efficti, cf. Hesych. s. v. *Διὸς βάλανοι* et Antiattic. p. 82. De Hegemone Thasio, qui floruit tempore belli Peloponnesiaci v. Weland p. 26 sq., qui lepidam illam, quae a Polemone exscripta est, narrationem in praefatione operis parodici positam fuisse putat: cui assentirem, ni Chamaeleon ap. Athen. IX. p. 406. E.

de iisdem versibus loquutus diceret eos fuisse *ἕν τινι τῶν παρῳδιῶν*. Exponit ea poetam in patriam reverti iam bene nummatum, neque unquam rursus peregrinaturum, sed inter cives lucello fructurum. Quaestum fecerat parodiis peregre recitandis, praesertim Athenis, quod et ipsis versibus indicatur et iis quae Polemo subiicit, *καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ*, qua tantum delectatos esse Athenienses traditur, ut continuus eo die risus audiretur theatrumque ne allato quidem de classe per Siculos deleta nuntio relinqueretur, cf. Athen. IX. p. 407. Eustath. p. 1420, 36. Ad eiusdem historiam facit hoc testimonium, inter proverbia ex cod. Coisl. 189. a Gaisf. edita servatum: *Πέρδιξ ἦν τις Ἀθήνησι χωλὸς κάπηλος, οὗ διαβεβοημένον Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁπότε παρῳδῶν ἀπορήσειε προσετίθει· „καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος,“* cf. Schneidewin Goetting. Gel. Anz. 1837. no. 85. p. 846. — *Φακῆ* propter quid appellatus sit Hegemon obscurum est; neque ea mihi causa placet, quam excogitavit Weland p. 28, indicari maculas, quibus ille notabilis fuisse videatur, subrubras sive nigras, in cute nascentes, quas et Graeci dixerint *φακούς* (unde *φάκοψις*, *φακώδης*), et Latini lenticulas sive lentigines. Potius ita eum dictum putaverim propter inopiam et victum exilem, lentibus potissimum et pane furfureo (vs. 14.) constantem; nam se a patre pauperrimum fuisse ipse Hegemon testatur vs. 7. *σπάνις*, vs. 10. *σίτου χρήζων*: et redit ferme eodem quod dicit Eustathius, *Φακῆν* dictum esse *διὰ τὸ χαίρειν μάλιστα τῷ τοιῷδε ὀσπρίῳ*, p. 1239, 29. 1572, 55. — vs. 1. *μετεωρίζοντες* activa significatione accipiendum pro *ἄραντες*, tanquam dixerit *ἄραντες σπελέθους ἔβαλλόν με*. Schweighaeuserus vel ita explicandum censet, vel ut sit i. q. *μετέωροι ὄντες*, notione intransitiva, i. q. *ferocientes, insolescentes me*. Coray expl. *cavillantes*, cf. Schweigh. ad h. l. — *σπελέθοισι*. Epit. *πολλοῖσι λίθοισι*, quod sequuti Casaubonus et Iacobs, ille scribendum censuit *πολλοῖσίν τε λίθοισιν*, hic *βώλοις ἠδὲ λίθοισι*, sed optima fides est vocabuli *σπελέθοισι*. — vs. 4. *ἐς καλὴν κρηπῖδα*. Quis te impulit pulchras adeo crepidas talibus pedibus induere? Crepidis utebantur hilaroedi, Athen. XIV. p. 621. B, cuius generis erant etiam paroedi. — v. 6. *λῆμμ' ἀνέπεισε*.

Coniectura emendavit Iacobs. Libb. *μνῆμ' ἀν.* — vs. 7 — 9. *ὁλκάδες* difficillime remigantur, unde adiicitur *οἳ νῦν κεῖθι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν*, quo vocabulo simul ipsius et illorum professio indicatur. Torsit interpretes vox *εὐκούρων.* Casaub. coni. *ἐς χώραν* vel *χῶρον.* Mihi videntur *εὔκουροι* esse homines delicatiores, eleganter tonsi, oppositi *τοῖς βδελυροῖς*, sicuti *οἱ ὀλλύντες* opponuntur *τοῖς ὀλλυμένοις.* Dicit poeta eandem se quaestus faciendi necessitatem ut Graeciam paroedus obiret impulisse, quae ceteros quoque Thasios, tam divites quam pauperes, ad navigandum et remigandum abigere soleat. — vs. 10. mss. *οἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖσι τὰ χρηΐζων ἐποίθησα*, all. *ἐπίθησα*, all. *ἐπέθησα.* Eximie Iacobsius *ὥς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς σίτου χρῄζων ἐποίησα*, nisi quod cum Dindorfio retinendum videtur *οἷς*, i. e. *τῷ λήμματι καὶ τῇ πενίᾳ* et *ἐπίθησα.* — vs. 11. *ἀποίσομαι* Venet. et Dindorf. Alii codd. *ἀπείσομαι*, quod edidit Schweigh. — vs. 12. ante Casaub. erat *μηδὲν ποιμαίνων.* Ille coniecit *πημαίνων*, quod confirmavit Venetus. „omnia in patriam delaturus sum uxorique traditurus fide bona.“ — Post vs. 12. lacunam indicavi, nam desiderantur quibus narraverat, qua causa, quibus cogitationibus primum motus fuerit ut patriam relinqueret; quo pertinent quae sequuntur *μή τις μοι νεμεσήσῃ*, quae nullum sensum habent si cum proxime antecedentibus coniunguntur, et deinde vs. 18. *ταῦτά μοι ὁρμαίνοντι.* — vs. 14. *πεσσομένης* et *τυροῦντ' ἐσιδοῦσα*, quod coniecerat Casaub., confirmavit Venetus. — *τὸν ἀχύρμιον ἄρτον.* mss. *τὸν Ἀχαϊκὸν ἄρτον.* Casaub. cogitabat de *ἀχαΐνον*, Weston Hermesian. p. 68. coni. *τὸν ἀχάνδεων ἄρτον*, Schweigh. *ἀχύρεον* „vocabulum nusquam quidem nobis lectum, sed ex Graeci sermonis analogia formatum, idem valens atque *ἀχυρώδη ἄρτον*, panem acerosum vel furfureum, cf. Athen. II. p. 60. B. D.“ Huius ego vestigia sequutus dedi *ἀχύρμιον ἄρτον*, cf. Arat. Diosem. 365. In *ἀχύρεος*, si haec vox vere graeca esset, corriperetur syllaba *χυ.* — vs. 15. *εἴπῃ σμικρόν.* Libb. *εἴπῃσι μικρόν.* Corr. Meineke Menand. p. 30. Porson. *εἴπῃ μικρόν.* — *ἄρτος τυρόεις* est panis, cui caseus pro fermento admiscetur, cf. Athen. III. p. 110. C. — vs. 16. Philio Thasius et ipse poeta fuisse videtur. — vs. 18 sqq. laudantur etiam Athen.

IX. p. 406. E. — vs. 19. φωνῇ Athen. p. 406. μῦθον. — vs. 20. βδελυρὴ edidit Dindorf. ex altero loco. Edebatur βδελυρά.

Hermippus parodias non peculiari ut Hegemon, Euboeus etc. volumine edidisse videtur, sed fabulis suis intexuisse ut Epicharmus, Cratinus, alii. Cf. Meineke Quaestt. Scen. I. p. 31. Ex comoedia Hegemonis, Philinna inscripta, duo versiculi apponuntur Athen. III. p. 108. C. cf. X. p. 442. A, ubi Philinna Axionici comici commemoratur. Et adnumeratur Hegemon veteris comoediae poetis etiam ap. Athen. I. p. 5. B.

In iis quae sequuntur, ad verba ὁ δὲ Εὔβοιος subaudiendum ex antecedentibus, quae partim intercidisse videntur, ὁ μὲν Βοιωτός. De utroque dictum quod infra legitur, ἦν τις περὶ αὐτοὺς δόξα παρὰ Σικελιώταις κτλ. — De Euboeo Pario, qui floruit aetate Philippi Macedonis, cf. Weland l. l. p. 41 sq. βαλανέων μάχη dedi cum Dalecampio. mss. βαλανείων. Balneatorum et tonsorum garrulitas et mala sedulitas ut apud nos, ita etiam apud Graecos in proverbium abierat, v. Kuster. ad Suid. v. βαλανεύς. Ad versum Euboei, qui totidem verbis legitur apud Eustath. p. 1224, 57, cf. Il. XVIII. 534. Schweigh.: „fortasse χαλκήρεσιν ἀγγείοισιν vel ἀγγηίοισιν scripserat paroedus, sic detorquens Homericum ἐγχείῃσιν, quemadmodum in proximo versu Homericum κούρην in κουρεῦ detorsit.“ Alterum facetiarum exemplum est altercatio tonsoris et figuli τῆς γυναικὸς χάριν. Ad versus μήτε σὺ κτλ. cf. Il. I. 275. κουρεῦ receptum ex Veneto. Πηλείδης dicitur figulus, quasi lutulentus, velut in Batrachom. v. 19. 209. rana quaedam nominatur Πηλεύς, eiusque filius Πηλείων. — Sequuntur versus Alexandri Aetoli de Boeoto Siculo, de quo cf. Weland l. l. p. 43 sq. Alexander qua de causa dicatur τραγῳδιοδιδάσκαλος, quaesiverunt Capellmann Alex. Aetol. frgm. p. 15 sq. et Osann, qui Capellmanni collectionem nonnullis complevit, Beiträge p. 298—301. ἐλεγεῖον, quod a nostro servatum est, Capellm. p. 39. Boeoti epitaphium fuisse arbitratur, Nic. Bachius Zeitschr. f. A. 1837. no. 41 sq. ad librum elegiarum, qui Μοῦσαι inscriptus erat, in quo artis musicae atque poeticae principes celebraverat, referendum censet. Versibus emen-

dandis operam dederunt praeter Casaub. et Schweigh. Iacobs Animadv. ad Anthol. Vol. VII. p. 244, Weston Hermesian. p. 69, Capellm. p. 62 sqq., N. Bach l. l. p. 344 sqq. — vs. 1. libb. *ὡς Ἀγαθοκλεῖος.* Hoc correxit Jacobs, illud varie tentarunt viri docti (Casaub. *ὥς*, Dalecamp. et Bach *ὅν δ'*, Iacobs *τόν δ'*, Schweigh. *οὕς*, Capellm. *ὅν γ'*), ego intactum reliqui, quum sine proxime antecedentibus, quae abscissa sunt, de connexu diiudicari nequeat. — vs. 4. libb. *Μιμνέρμου δεῖ σε πόσα Κρονίων*, quod correxit Casaub. Mimnermi poesin constat elegiacam maxime et amatoriam fuisse. Sensus: „Mimnermi praeceptis penitus imbutus.“ — vs. 5. *παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι· πότης ἴσον. ἔγραφε κτλ.* libb. *ἔρωτι πότην. ἴσον.* Casaub. *ἔρωτι πότης ἴσος ἔγραφε.* Iacobs *ἔρωτί ποτ' ἦν ἴσον*, quem sequuntur Capellmann et Bach, qui sententiam explicat: „quem Mimnermus distichis inclusit summum amoris florem, eum Boeotus ad mores suos ita accommodavit, ut pariter puerorum amori indulgeret.“ Nostra velim ita interpreteris: „Erat ille nobilis avis, amicus sodalis, amator puellarum ut Mimnermus, insaniebat puerulos (*παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι*), aeque excellebat inter potatores.“ — *ἔγραφε δ' ὠνὴρ εὖ* ex codicum lectionibus *δ' ὠ 'νηρεῦ, δ' ὦ νηρεῦ, δ' ὦν ἠρεῦς* restituit Weston p. 69. *παρ' Ὁμηρείην κτλ.* interpretantur „imitatione Homeri, ita ut accederet ad elegantiam Homeri.“ Mihi videtur praepositione *παρὰ* indicari parodicum illud, quo excelluerat Boeotus, poesis genus, ex versibus Homericis expressae. — vs. 7. mss. *πισσυγάση φωρωσαν ἀϊδέας* (*φωρασε ναιδέας, φωρᾶσαν αἰδέας, φωρῶσαν ἀειδέας*) *ἢ τινα χλούνην.* Correxit Weston p. 69. *πίσσυγγοι* sunt sutores, cf. Pollux VII. 82. Hesych. v., *φῶρες ἀναιδεῖς* fures impudentes; de talibus hominibus erant carmina Boeoti. *χλούνην* recte retinuit Schweigh. — vs. 8. mss. *φλοίων ἀνθηρῇ*, all. *ἀθήρη.* Schweigh. *φλύων*, quod recepit Dindf. Capellm. *φλοίοντ' ἀνθηρῇ σὺν κακοδαιμονίῃ*, quod ad *χλούνην* referatur, quem sequitur Bachius: „*χλούνης* autem homo castratus esse videtur idemque garrulus, qui *κακοδαιμονίην* (Teufelei) venustis lepidisque verborum floribus distinxit. *φλύων κτλ.*“ quod de poeta dicitur, interpretandum: „nugans simulque et floridissime et petulantissime scribens.“ *κακοδαιμονία*, de qua voce

dubitabat Schweigh., est i. q. φλυαρία, ἄνοια, extrema petulantia, cf. Xenoph. Memorab. II. 3, 19. οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη καὶ κακοδαιμονία τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ πεποιημένοις ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι; Demosth. π. τῶν ἐν Χερρον. p. 85, 16. Bekk. κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ, Agath. Hist. II. 31. ἡ τῶν μίξεων κακοδαιμονία h. e. ex morum petulantia, quae cernitur in scortando. — vs. 9. libb. ὡς δὲ Βοιωτούς. Corr. Casaub. — vs. 10. οὐδ' ὀλίγον: „si quis Boeotum audiverit, hic Euboeo ne parum quidem vel minime delectabitur.“

Ex libro incerto.

XLVI. Athen. XIV. p. 659. C. τὸν δὲ Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων.

De Maesone, histrione et poeta comico, qui ludicram dicacis coqui personam invenerat, cf. Aristophanes Byz. alii ap. Athen. l. l., Zenob. Proverb. II. 11, Meineke Quaestt. Scen. I. 4 sqq., Grysar Doriens. com. p. 247, Baguet de Chrysippo p. 236 sqq., Schneidewin Exercitatt. crit. cap. IX. et in Goett. Gel. Anz. 1837. no. 85 sqq. p. 847 sqq., qui disputat de peculiari proverbiorum genere ἡ Μαισωνικὴ παροιμία dicto, quod commemoratur in fragmento collectioni proverbiorum olim ut videtur praemisso, edito a Walzio Rhett. Gr. II. p. 10. et Gaisfordio in Praef. Paroem. gr. p. V. Repetitur autem a Maesone hoc proverbium: ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί, quod Athenis in herma insculptum erat, v. Zenob. II. 11. (Gaisf.) cf. Suid. v. ἀντ' εὐεργ., qui pro δῆσαν habet τῖσαν, et Harpocr. v. Ἑρμαῖ. De hoc perbene Schneidewinus; sed non video equidem quid inde sequatur contra Polemonem. Nam ita disputat vir doctissimus: „Versum in herma Atheniensi insculptum necessario repetendum esse a comico ex vicinis Megaris oriundo; falso Polemonem sequutos esse Grysarium et Meinekium; etiam τὰ Μαισωνικὰ σκώμματα quae appellentur documento esse ut Maesonem Megarensem Nisaeum fuisse putemus; in Sicilia talia prorsus ignota fuisse.“ Qui dum melioribus mihi argumentis sen-

tentiam suam persuadeat, existimo Polemonem sicuti in ceteris rebus ita etiam de Maesone (quem a Megaris Nisaeis cum aliis etiam Timaeus repetiisse videtur) non suam in coniectando audaciam, qualem ei criminatur Schneidewinus, sed monimenta locorum sequutum esse. — Ceterum cf. Meineke l. l. p. 6: „Siculos Megarenses propter Epicharmum et ipsos sibi inventae comoediae honorem arrogasse intelligitur ex Arist. Eth. Nic. IV. 2. Quodsi recte Polemo de Maesonis patria statuit, histrionem illum iam ante Olymp. LXXIV. 2. vixisse necesse est (Schneidewinus Maesonem inter antiquissimos comicos numerat, et Susarionis, Euxenidis cett. aequalem fuisse putat). Eo enim anno Megarenses a Gelone expulsos et Syracusas traductos esse constat e Thucyd. VI. 4. coll. Herod. VII. 156. Ceterum quod Timaeo accidisse videtur, ut Sicula et Nisaea Megara inter se confunderet, idem etiam accidisse videtur Ovidio Heroid. XV. 54. de Siculis agenti: „Nisiades matres Nisiadesque nurus.“ Magis etiam mirum videri potest quod Crates ap. Diog. L. II. 118. de Stilpone philosopho posuit: *ἐν Μεγάροις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς*, nisi is Megaricorum philosophorum vanitatem et *τῦφον* significare voluit.“

2. *περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας.*

Ita Schol. Aristoph. ad Aves v. 11. Brevius Hesych. v. *βίηφι, ὡς Πολέμων ἐν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ.* Schol. Soph. Oed. Col. 481. et Harpocr. p. 24, 5. *Πολ. ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην* unde Bernhardy Eratosth. p. 5. *τὰ πρὸς Ἐρατοσθένην* pluribus libris comprehensa fuisse censet, eorumque partem fuisse scriptionem *περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας.* Mihi formula *τὰ πρὸς Ἐρατ.* nihil nisi compendium plenioris, quem ceteri afferunt, tituli esse videtur. Certe quamquam Polemonis opus non solum ad geographica Eratosthenis opera, sed etiam ad chronologica (v. not. ad frgm. LII.) et inprimis ad opus de antiqua comoedia (frgm. XLVII. XLVIII. LII.) respexisse constat, tamen omnia quae nunc exstant fragmenta eo redeunt, ut eas potissimum res, quae antiquitates Atticas attingerent, hisce libris contra Eratosthenem editis

(minimum duos fuisse cernitur ex Schol. Arist. l. c.) tractatas fuisse putemus. Et quadrat in eandem sententiam locus Strabonis I. p. 22. *ἔστι δ' ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, ὥστε μηδ' Ἀθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι, οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον πιστός, ἐφ' ὅσον παρεδέξαντό τινες κτλ.* Id enim egisse videtur noster, ut quicquid ab Eratosthene parum recte vel parum accurate de rebus Atticis traditum erat, id enotaret, accuratius perquireret, et postremum illud inde ratiocinaretur, Eratosthenem nunquam vidisse Athenas. Quod cave serio Polemonem affirmasse putes, quum constet ex Suida v. *Ἐρατοσθένης*, aliis, Eratosthenem ex ipsis Athenis a tertio Ptolemaeo Alexandriam arcessitum esse. Sed videtur mihi id iocunlariter posuisse, ac si dixeris de eo quem urbem aliquam festinantius percucurrisse deprehendas: dubito an nunquam viderit illam urbem. Et poteris etiam ipsam tituli formulam ad hanc sententiam applicare, *περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας*, hoc est, de Eratosthenis quam per opera sua profitetur Athenis commoratione: quibus ipsis inquam verbis Athenis eum fuisse concedit, num diligens fuerit per hanc operis partem inquisitor dubium reddit; cf. ad frgm. XLVIII. Neque mihi ideo verendum esse videtur ne officiatur fidei et auctoritati Eratosthenis, quippe cuius laus maxime in ea geographia posita erat quae peculiariter appellatur, qua mathematica et astronomia cum terrae cognitione coniungitur, ut de universis orbis terrarum conditionibus atque rationibus certa via inquiratur. Haec quum maximo opere agerent geographi qui proprie vocabantur, minutiora ista, quae ad singulorum locorum inspectionem et tractationem pertinebant, vel concedere aliis scriptoribus vel ab his depromere solebant, sicuti etiam Strabo in multis, qui ad accuratiorem singularum regionum descriptionem pertinent, locis non suus esse, sed ab aliis pendere deprehenditur. Neque Eratosthenem in talibus optimam per omnia fidem habuisse identidem significat idem Strabo. Iam vero hic proprius periegetarum campus, haec propria laus erat quod in minoribus istis diligentissimi erant maximoque in singulis quibusque urbium et terrarum proprietatibus et monimentis studio versabantur. —

Ita vellem de hoc Polemonis opere iudicasset etiam Bernhardy Eratosth. p. 3 sqq., qui quum revera ac serio Polemonem negasse putaret Eratosthenem fuisse Athenis, non potuit quin parum bene de nostro sentiret. Quamquam et ipse Eratosthenem concedit fugitivo tantum oculo Athenas perlustrasse videri. Idem recte maximam argumenti, quod Polemo tractaverit, partem in antiquitatibus Atticis positam fuisse dicit. Dubitari tamen potest de eo quod adiicit, etiam de rebus grammaticis, velut de terminationibus poeticis, a Polemone disputatum esse; cf. ad frgm. LI.

Ex libro secundo.

XLVII. Schol. Aristoph. Av. v. 11. *Ἐξηκεστίδης· — μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας, λέγων· „ὁ δὲ Ἐξηκεστίδης κιθαρῳδὸς Πυθιονίκης· νικᾷ δὲ καὶ τῶν Καρνείων ἀγῶνα τὸν ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Παναθήναια δίς.“*

Καρνείων dedi cum Valckenario ad Herod. VII. 206. De Execestide, cuius comici frequenter meminerant (cf. Bergk Reliq. Com. Att. p. 373.), Eratosthenes in libro de antiqua comoedia dixisse videtur.

Ex libris incertis.

XLVIII. Harpocr. v. *ἄξονι* p. 24, 5. Bekk. *οἱ Σόλωνος νόμοι ἐν ξυλίνοις ἦσαν ἄξοσι γεγραμμένοι. — ἦσαν δὲ, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ σχῆμα· διασώζονται δὲ ἐν τῷ πρυτανείῳ, γεγραμμένοι κατὰ πάντα τὰ μέρη· ποιοῦσι δ᾽ ἐνίοτε φαντασίαν τρίγωνον, ὅταν ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας.* Schol. Aristoph. Nubb. v. 447. *κύρβις —, ὡς Ἐρατοσθένης φησίν, ἄξων Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος, ἐν ᾧ οἱ νόμοι περιέχονται.* Schol. Apollon. IV. 280. *κύρβεις λέγουσιν, ὡς Ἐρατοσθένης φησί, καὶ τοὺς ἄξονας καλουμένους Ἀθήνησιν, ἐν οἷς οἱ νόμοι περιέχονται· οἱ δὲ ἀκριβέστεροι ἄξονας μὲν τετραγώνους —, κύρβεις δὲ τριγώνους.*

Eratosthenes de antiquissimis istis iuris Attici monimentis disputaverat in opere de antiqua comoedia, v. Bernh.

p. 211 sq. Hic inesse quicquam in Polemonis fragmento negat, unde suus erroris redargueretur. At enimvero patet ex ceteris, quos apposui, locis cum illo collatis, Eratosthenem recte quidem *κύρβεις* affirmasse triangulas esse (Etym. M. p. 547, Gud. p. 355. Cram. Anecd. I. p. 221. II. p. 455: *Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους αὐτάς φησι, οὐ τετραγώνους*): sed falsus erat in hisce, primum quod *κύρβεις* et *ἄξονας* uno eodemque loco habuerat (v. Schol. Aristoph. l. c., quem fere sequitur Hesych. v. et Schol. Apollon. l. c. *κύρβεις λέγουσιν, φησί, καὶ τοὺς ἄξονας καλουμένους*), tum quod non solum *κύρβεις*, sed etiam *ἄξονας* triangulos esse memoraverat, quum hi essent quadranguli; v. Bekk. Anecd. p. 274. *κύρβεις — τρίγωνοι τὸ σχῆμα· διαφέρουσι δὲ τῶν ἀξόνων, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν (οἱ ἄξονες) τετράγωνοι, οὗτοι δὲ τρίγωνοι;* cf. Ammon. de diff. verb. p. 18. Valck. Tzetz. Chil. XII. 349. Zenob. Proverb. IV. 77. Propterea Polemo videri quidem dicit etiam *ἄξονας* posse triangulos esse (*ποιοῦσι δ' ἐνίοτε φαντασίαν τρίγωνον κτλ.*), sed revera quadrangulos esse: quae adeo modeste monita sunt, ut optimam de contentionibus nostri existimationem habere conveniat. Ceterum Polemoni etiam in hac re optimam fidem facit quum universa eius disputandi ratio, tum quod ipse monimenta ista viderat in prytaneo Atheniensi (*διασώζονται δὲ ἐν τῷ πρυτανείῳ κτλ.*), et leges etiam inde descriptas passim laudaverat, v. frgm. LXXVIII.

Sed libet rem paullo uberius persequi, de qua quamquam multi dixerunt, tamen nondum prompta sunt omnia. Commentati erant de fontibus istis antiquissimi iuris Attici inter veteres permulti, et ii qui locum *περὶ νόμων* illustrabant, et grammatici, qui *γλώσσας* quae vocabantur Solonis scripserant, v. Lehrs de Stud. Arist. p. 46 sq. Illorum sunt Aristoteles (frgm. Polit. p. 84 sq. Neum.), Theophrastus (vulgo Theopompus) *ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας* ap. Porphyr. de Abstin. II. 21. p. 138. de Rhoer. (Theophrastus citatur ap. Phot. v. *κύρβεις*), Phanias Eresius apud Etym. M. p. 547. coll. Cram. Anecd. II. cc. Inter grammaticos praeter Eratosthenem nominandi Aristophanes Byzantius ap. Etym. M., Gud., Cram. Anecd. II. cc., Apollodorus (Heyne frgm. p. 1058 sqq.), Asclepiades

(incertum utrum Myrleanus an alius), qui ediderat *ἀξόνων ἐξηγητικά*, Etym. Gud. p. 355, 40, Didymus, qui adversus Asclepiadem scripserat, *περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀντιγραφὴ πρὸς Ἀσκληπιάδην*, Plutarch. Vit. Solon. c. 1; denique Seleucus Alexandrinus, qui laudatur *ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων*, apud Suid. et Phot. v. *ὀργεῶνος*. Viderat autem illas leges et in suam rem perquisiverat tempore Antonini etiam Herodianus, cf. tractatum *περὶ τῶν ἀριθμῶν* ab Aldo (Venet. 1495.) cum Apollonii libro de syntaxi editum, qui tractatus ad scriptionem *περὶ σημείων* pertinere videtur, nam incipit hisce: *ἔτι τῶν σημείων ἄν τις φαίη καὶ ταῦτα ὅσα ἀριθμοῦ σημεῖά ἐστι.* Deinde sequuntur haec: *καὶ γὰρ ταῦτα ἔν τε ταῖς γραφαῖς τῶν βιβλίων ἐπὶ τοῖς πέρασιν ὁρῶμεν γραφόμενα, ἀλλὰ καὶ Σόλωνι τῷ τοὺς νόμους Ἀθηναίων γράψαντι τὰ ἐπ' ἀργυρίου προστιμήματα τούτοις ὁρῶ τοῖς γράμμασι σεσημασμένα, καὶ στήλας δὲ τὰς παλαιὰς καὶ ψηφίσματα καὶ νόμους πολλοὺς οὕτως ἔστιν εὑρέσθαι τὰ τῶν ἀριθμῶν σημεῖα ἔχοντας.* — Ex his igitur scriptoribus (quibus inter periegetas praeter Polemonem adde Pausaniam I. 18, 3.), fluxerunt quae apud eos, qui a nobis leguntur, lexicographos et scholiastas excerpta inveniuntur, quorum plurimos iam laudavi. Adde Suid. Phot. s. v., Bekk. Anecd. p. 204. 413, Schol. Plat. p. 373. Bekk., Zenob. Proverb. IV. 71, Thom. Mag. v. *ἄξονες* p. 36. Ritsch., Moschopul. *π. σχεδῶν* p. 4. ed. Vindob., Timaeus p. 170. Ruhnk. cf. Koch in Additam. p. 25, et quos laudat Grasshof in Iahnii Annal. Philol. X. 2. p. 270.

Videntur utrique, quantum ex his locis indicari potest, et *κύρβεις* et *ἄξονες*, fuisse columellae pyramidatae (*στῆλαι πυραμίσιν ὅμοιαι*), ex ligno factae. Nam quod nonnulli (Harpocr., Suid., Phot., Schol. Apollon., Moschopul.) de lapidibus loquuntur (*τετραγώνους λίθους*, Moschopul. *λίθοι κυρβοειδεῖς*), id fluxit ex Apollodoro negligenter exscripto, cuius veram sententiam aperit Schol. Arist. Nubb. l. c. *οἱ ἀρχαῖοι λίθους ἱστάντες καὶ τὸ δόξαν ἀναγράφοντες οὓς μὲν ἀπὸ τῆς στάσεως στήλας, κύρβεις δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀνατάσεως, ὕστερον δὲ τὰ ξύλα λελευκωμένα γράφοντες ὁμοίως ἐκάλεσαν*, quem patet lapideas columnas antiquiores quam ligneas esse putasse, Attica tamen illa monimenta et ipsum ligneae materiae fuisse indicare. Unde

simul ξύλινα illa, quae κύρβεις et ἄξονες dicebantur, κατασκευάσματα intelligitur ξύλα λελευκωμένα fuisse sive λευκώματα, hoc est σανίδας habuisse λευκῇ γῇ s. γύψῳ κεχρισμένας, iis similes, in quibus bona venalia perscribebantur, cf. Paroemiogr. et Hesych. v. ἐν λευκώμασι, Suid. et Etym. M. v. λεύκωμα. Praegrandes eos et maximae altitudinis fuisse affirmat grammaticus ap. Bekk. Anecd. p. 402. 413. ἄξονες· ξύλα τετράγωνα, ἀπὸ γῆς κάτωθεν ἄνω διήκοντα μέχρι τοῦ ὀρόφου: quod tamen vereor ne auxerint qui Apollodori etymologiam sequebantur, κύρβεις dictas affirmantis παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον. Et dissentit Aristophanes, qui loco subsequenti eos ad viri altitudinem (πλινθίον τι μέγα ἀνδρόμηκες) elatos fuisse significat. De fundamento et de cardine, in quo vertebantur, accuratissimus narrator est idem Aristophanes l. l.: ἀμφοτέρων (τῶν κύρβεων καὶ τῶν ἀξόνων) δὲ τὸ κατασκεύασμα τοιοῦτον· πλινθίον τι μέγα ἀνδρόμηκες, ἡρμοσμένα ἔχον ξύλα τετράγωνα, τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα καὶ γραμμάτων πλήρεις, ἑκατέρωθεν δὲ κνώδακας, ὥστε κινεῖσθαι καὶ περιστρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἀναγινωσκόντων, cf. Bekk. Anecd. p. 413. διά τινος περόνης στρεφόμενα, et Polemo l. c. γεγραμμένοι κατὰ πάντα τὰ μέρη. — Porro leges in iis βουστροφηδὸν scriptas fuisse patet ex testimonio Euphorionis a Didymo servato, v. Harpocr. p. 136, frgm. ed. Meineke p. 61. Differebant autem utrique (nam plures ἄξονες erant, plures κύρβεις) partim figura, de qua nos docet Polemo, partim argumento; v. Aristoph.: οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις θυσίας ἔχουσιν, Ammon. p. 18. Valck. ἄξονες εἶχον τοὺς ἰδιωτικοὺς νόμους (ius civile) ἐγγεγραμμένους, οἱ δὲ κύρβεις δημοσίας ἱεροποιίας καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον (ius sacrum et publicum, cf. Schol. Plat. p. 373. Bekk. τρίγωνοι πίνακες οἱ κύρβεις, ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἱερῶν νόμοι ἐγγεγραμμένοι ἦσαν καὶ πολιτικοί κτλ.), cf. Tzetz. Chil. XII. 350 sqq., all. Utrosque ante Ephialtem in acropoli asservatos fuisse, ab hoc autem, Demosthenis et Lycurgi aequali, in curiam et forum translatos esse testatur Anaximenes a Didymo laudatus ap. Harpocr. p. 136. Eodem facit Aristoteles ap. Harpocr. p. 117. ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ, quibus accuratius, opinor, indicatur quod Anaximenes dicit, εἰς τὸ βου-

λευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν. Polemo autem et Plutarchus (Vit. Sol. c. 1. *ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν πρυτανείῳ λείψανά τινα διεσώζετο*) et Pausanias I. 18, 3. in prytaneo eos viderunt.

Nomen unde traxerint de *ἄξοσι* apertum, cf. Bekk. Anecd. p. 413. *λέγονται δὲ καὶ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἄξονες, περὶ οὓς σφαῖραι καὶ κύλινδροι καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ στρέφονται καὶ συνίστανται· καὶ τῶν ἁμαξῶν δὲ οἷς οἱ τροχοὶ συνεχόμενοι περιστρέφονται.* Dicebantur igitur *ἀπὸ τοῦ ἐν ἄξοσι* sive *διά τινος περόνης περιστρέφεσθαι.* De altero nomine autem iam veteres discrepabant varias originationes proferentes, quarum mihi probatissima est quam proponit Apollodorus, *παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι,* unde et *κυρβασίαν* dictam esse *τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τιθεμένην,* cf. Heyne p. 1058. et Grasshof l. c. Prorsus aliena est, quam lusit Theophrastus, *κύρβεις* dictas esse *ἀπὸ τῶν Κορυβάντων,* opinor quia ad hos diversa fabricae genera, maxime quae in aere fiebat, referri solebant. Inde fluxerunt quae leguntur ap. Schol. Aristoph. Av. v. 1354. *κύρβεις χαλκαῖ σανίδες,* coll. Tzetz. Chil. XII. 355 sqq. Alias originationes invenies ap. Etym. M., Gud. l. l., in quibus prae ceteris probabilis ea, quam praeiverat Phanias, *κύρβεις ἀπὸ τοῦ κυρωθῆναι* dictas esse, ubi $\overline{\beta}$ antiquitus F fuisse videtur, nam solet haec littera post ϱ interponi, cf. Welcker. Aeschyl. Prometh. p. 191. Antiquissimam vocem esse inde etiam intelligitur, quod non constabat de genere: alii enim feminino (Etym. M., Gud.), alii masculino (Bekk. Anecd., cf. Moschopul. *π. σχεδῶν* p. 4. ed. Vindob. *κύρβεις ἀρσενικῶς, ἔστιν ὅπου καὶ θηλυκῶς*) eam usurpabant, Callimachus genere neutro, cf. Helladius ap. Phot. Bibl. p. 532, 6. Bekk. *τὸ κύρβεις οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἀρρενικῶς ἐκφωνοῦσι, Καλλίμαχος δὲ οὐδετέρως.*

XLIX. Schol. Oed. Col. v. 489. *ἄπυστα φωνῶν. τοῦτο ἀπὸ τῆς δρωμένης θυσίας ταῖς Εὐμενίσι φησί· μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ δρῶσι, καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου θύουσιν αὐταῖς, καθάπερ Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην φησίν, οὕτω· „τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος, ὃ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης.“ εἶτα ἑξῆς· „τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡσυχίδαι, ὃ δὴ γένος ἐστὶ περὶ τὰς Σεμνὰς Θεὰς καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας κριὸν Ἡσύχῳ*

ἱερὸν ἥρῳ, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν· οὗ τὸ ἱερόν ἐστι παρὰ τὸ Κυλώνειον, ἐκτὸς τῶν ἐννέα πυλῶν."

οἱ ἀπὸ Ἡσύχου. Vulgo additur *καταγόμενοι*, quod deest in edit. Elmsl. — *πρὸς Ἐρ.* Ms. Laurent. — *γένος, ὃ μετέχει.* Vulgo *γένος οὐ μετέχει.* Corr. Hermann Opusc. VI. 2. p. 118. Idem commate post *θεὰς* posito genitivum *πομπῆς* pendere putat a voce *ἡγεμονίαν ἔχει.* Mihi genitivus pendere videtur a verbo aliquo cum proxime antecedentibus omisso, velut *ἐπιμελοῦνται. Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρῳ.* Elmsl. malebat *ἥρῳ*, Hermannus *Ἡσύχῳ, ἥρῳ*, omisso *ἱερὸν* propter subsequens *οὗ τὸ ἱερόν.* — *παρὰ τὸ Κυλώνειον.* Vulgo *Κυδώνιον.* Corr. Mueller Addit. ad Leake Topogr. Ath. p. 455. ed. Hal.

De Hesychidarum gente cf. Bossler de sacr. Att. fam. p. 17. Patet eos dictos esse *παρὰ τὸ μετὰ ἡσυχίας καὶ εὐφημίας δρᾶν τὰ ἱερά*, unde etiam Hesychus nomen traxit, heros eorum eponymus, abs quo stemma suum ut solebant gentes derivabant. Huic *προθύονται πρὸ τῆς θυσίας*, nam solebant Graeci antequam ipsis diis sacrificarent iis heroibus praelibare, a quibus vel sacrorum vel gentis sacrae origo repetebatur, veluti Euryto in mysticis sacris apud Andaniam factis, Paus. IV. 3, 6, Aranti eiusque filiis ante Eleusinia Phliasiorum, Paus. II. 12, 5. Hesychi sacellum erat prope Cyloneum et sacrum Semnarum, de quo v. Paus. I. 28, 6, cf. O. Mueller l. l. p. 454 sqq. *αἱ ἐννέα πυλαὶ* vulgo dicuntur *τὸ Ἐννεάπυλον*, quod idem est atque *τὸ Πελασγικόν*, v. Mueller ib. p. 466. *ἡ ἡγεμονία τῆς πομπῆς* et supremam pompae ducendae curam et primum in ipsa pompa locum comprehendit. Capiebantur autem ex hac gente et *ἱερεῖς* et *ἱέρειαι*, nam etiam feminas Semnarum sacerdotes fuisse patet ex Apollodoro a Schol. Soph. post Polemonis testimonium allegato, et, qui ab Apollodoro laudatur, Callimacho; cf. Mueller ad Aeschyl. Eum. p. 179 sq., qui demonstrat maximam partem haec sacra a feminis facta esse. Contra disputat Hermannus l. l. p. 118, viros etiam horum sacrorum rite faciendorum participes fuisse demonstrans, id quod neque Muellerus prorsus negaverat. Ceterum sicuti in ceterorum deorum religionibus praeter sacerdotes perpetuos atque ex certis generibus lectos memorari

solent *ἱεροποιοί*, ex populo atque ad certum tantummodo tempus creati, ita etiam in Furiarum sacris ab sacerdotibus, qui erant ex Hesychidarum gente oriundi, distinguendi sunt *οἱ ἱεροποιοὶ τῶν Σεμνῶν*, qui commemorantur apud Demosth. Mid. p. 552. Reisk. coll. Ulpian. ib. p. 180. A, qui sorte ex omnibus Atheniensibus et singulis quidem annis creabantur; qui *ἱεροποιοὶ* numero tantum ab iis, qui ad ceterorum deorum sacra procuranda eligebantur, differebant, nam in illis creandis denarius numerus obtinebat, ceteri erant *ἀόριστοι τὸν ἀριθμόν*. De pompa Semnarum exstat notatio Philonis, quod omn. prob. lib. §. 20. p. 886. B. ed. Francof., inops ista quidem atque ambigua, sed quam apponere non alienum erit: *διό μοι δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέστατοι διάνοιαν Ἀθηναῖοι — τὴν ἐπὶ ταῖς Σεμναῖς Θεαῖς πομπὴν ὅταν στέλλωσι, δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν* (a sacris faciendis servi haud dubie excludebantur, sed dubitari potest num etiam a pompa, cf. Lob. Aglaoph. p. 19.), *ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἕκαστα τῶν νενομισμένων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἐπιτελεῖν, καὶ οὐχ οἵων ἂν τύχῃ, ἀλλὰ βίον ἐζηλωκότων ἀνεπίληπτον* (morum et corporis sanitate omnes sacerdotes sacrorumque procuratores aestimabantur). *ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν πέμματα* (cf. supra frgm. XLII. not.) *τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιοῦσι* (cf. Lobeck Agl. p. 1072.), *πρὸς εὐδοξίας καὶ τιμῆς ὅπερ ἐστὶ τὴν ὑπηρεσίαν θέμενοι.*

L*. Hesych. v. *δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησι Θεῶν.*

Musurus *ὁ δὲ πολέμοις*, unde *Πολέμων* refingendum esse viderunt Is. Vossius, Meursius, Kusterus. Similes superstitiones expromit Plutarchus Quaestt. Rom. V., ubi inter alia: *οὐκ ἐνόμιζον ἁγνούς* (*οἱ Ἕλληνες*), *οὐδὲ κατεμίγνυσαν ἑαυτοῖς, οὐδ' εἴων ἱεροῖς πλησιάζειν οἷς ἐκφορὰ γεγόνει καὶ τάφος ὡς τεθνηκόσι*: cf. quae sequuntur ibidem et ap. Hesych. l. c. et v. *ὑστερόποτμος*. Quicquid mors attigerat, id impurum. — Huc revocavi locum propter Semnarum mentionem.

LI. Hesych. *Βίηφι, δύναμις, βία, ὡς Πολέμων ἐν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ.*

Vulgo *ἀποδημίᾳ*, quod correxit Bernh. Eratosth. p. 4. Idem p. 5. ex hoc loco Polemonem in hoc opere non solum antiquitates, sed etiam grammaticas passim quaestiones tractasse colligit. „Hesychiumne formam *βίηφι* ex Polemonis opere nihil ad grammaticam afferente, nisi singulari quadam vi a poeta qualicunque illic commemorato instructa foret, excitare potuisse? Potuit nihilominus eius interpres (Alberti) concoquere, ut cui nihil de Polemone suspicato glossa ex Il. *φ'*, 367. desumta indeque *δυνάμει, βίᾳ* scribendum videretur: quasi vero ad expositionem vocabuli pervagati tali cautore indiguisset. Immo *βίηφι* ille adhibuerat nominativum significans, quo grammaticorum sententia confirmatur a Buttmanno Gramm. I. p. 205. reiecta. Dudum hoc viderat accuratissimus Sylburgius ad Etym. M. p. 800. Igitur necesse est statuamus Polemonem de terminationibus poeticis, ab ipso Eratosthene (cf. frgm. XVII.) in opere geographico tractatis, passim disputasse.“ Haec ille doctissime, sed vereor ut probabiliter. Apparet enim illam glossam ex Homericis esse, quibus Diogeniani lexicon a se ditatum esse Hesychius gloriatur, passim excerptis inepteque in Pamphili et Diogeniani thesauros intrusis, cf. Ranke de lex. Hesych. p. 137 sqq. Quocirca mihi quidem Ruhnkenius sequendus videtur, qui in auctario emendationum Hesychio edit. Albert. subiecto voces *ὡς Πολέμων — ἐπιδημίᾳ* ad aliam glossam referendas videri existimat. Ceterum *βίηφι* ab Albertio ex prioribus editum est, ed. Hack. *βίηφι.* Praeter Il. *φ'*, 367. citari poterant Od. *α'*, 403. *ζ'*, 6, Il. *μ'*, 153, ubi Schol. Vict. *τὸ δὲ βίηφι χωρὶς ι̅ ἐστίν*, quod praeferendum. De nominativo *βίηφι* iam opinor conclamatum est, cf. praeter Buttmann. eos quos laudat Kuehner Gramm. Gr. I. p. 298 sq.

LII. Hesych. v. *Ἐφωδίων. Ἐρατοσθένης διὰ τοῦ τ̅ Ἐφωτίων ἀναγράφει, Μαινάλιον, περιοδονίκην, παγκρατιαστήν· ὁ δὲ Πολέμων διὰ τοῦ δ̅.*

Musurus *Ἐφώδιον, Ἐφώτιον, μέλανον, περιοδικόν. περιοδονίκην* scribendum esse vidit Sopingius; cf. Corp. Inscr. no. 2682.

νικήσας τὴν περίοδον ἀνδρῶν, h. e. Olympiis, Pythiis, Nemeis, Isthmiis, cf. ib. no. 2723. 2810. *Καλλίμορφον — περιοδονίκην*, no. 2949. De ceteris constat ex Schol. Aristoph. Vesp. v. 1186. coll. Bernh. Eratosth. p. 220 sq., qui haec refert ad opus de antiqua comoedia, quum potuerit ista notatio etiam ad opus de Olympionicis referri, cui sententiae favet vox *ἀναγράφει*.

3. *πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαί.*

De Neanthe Cyziceno plenissime dixit Marquardt Cyzicus p. 164 sqq. Scripsit ille *Ἑλληνικὰ* sive *Ἑλληνικὰς ἱστορίας*, quarum liber sextus ab Athenaeo laudatur et quarum partem fuisse suspicor *τὰς περὶ Ἄτταλον ἱστορίας*. Scripsit etiam *ὥρους Κυζικηνῶν, περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν*, ad quod opus referendus qui a Diog. L. affertur titulus *περὶ Πυθαγορικῶν*. Denique opus scripserat *περὶ τελετῆς* sive *περὶ τελετῶν*, unde praeter locos a Marquardtio collectos sumtum videtur fragmentum ap. Schol. Vat. Eurip. Troad. 89, cf. Zeitschr. f. A. 1837. p. 495. Denique ediderat rhetorici generis nonnulla, ut qui erat discipulus Philisci rhetoris, et opus *περὶ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν*, cf. Ammon. de diff. verb. p. 34. Valck., Plutarch. Sympos. Q. I. 10, 2, ubi *πόλις* dicitur urbs Athenarum, unde Atticas potissimum antiquitates eo tractatas esse credibile est. Hoc maxime respexisse Polemonem puto, quamquam unicum, quod subsequitur, fragmentum spectat ad opus *περὶ τελετῶν*. Plures huius scriptionis libros fuisse colligitur ex plurali, quo utitur Athenaeus: *Πολέμων ἐν ταῖς πρὸς τὸν Νεάνθην ἀντιγραφαῖς*. Fidem Neanthis non nimis probatam fuisse indicat Plutarchus l. c. *οὐκοῦν μηδὲ ἡμεῖς τὴν Νεάνθους ἐν ἐνίοις εὐχέρειαν ἀποδράσεως ποιησόμεθα πρόφασιν.*

LIII. Athen. XIII. p. 602. C. *διαβόητα δ' ἐστὶ καὶ τὰ ἐπὶ Κρατίνῳ τῷ Ἀθηναίῳ γενόμενα· ὃς μειράκιον [ὢν] εὔμορφον, Ἐπιμενίδου καθαίροντος τὴν Ἀττικὴν ἀνθρωπείῳ αἵματι διά τινα μύση παλαιά, ὡς ἱστορεῖ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ περὶ τελετῶν, ἑκὼν αὐτὸν ἐπέδωκεν ὁ Κρατῖνος ὑπὲρ τῆς θρεψαμένης· ᾧ καὶ ἐπαπέθανεν ὁ ἐραστὴς Ἀριστόδημος· λύσιν τ' ἔλαβε τὸ δεινόν. — — οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τὰ περὶ Κρατίνου καὶ Ἀριστοδήμου πεπλάσθαι φησὶ Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν ταῖς πρὸς τὸν Νεάνθην ἀντιγραφαῖς.*

ὧν deest in codd., adiecit Dindorf. Schweigh. ὄν. μύση Ruhnk. Tim. p. 13; olim μίση. Rem narrat etiam Diog. L. I. 110, qui pro Aristodemo nominat Ctesibium. Cf. Heinrich Epimenid. p. 94 sq., qui vellem minus tribuisset narrationi a Polemone pro commento habitae.

4. Adversus Istrum.

De peculiari scripto adversus Istrum composito non constat; sed sunt duo fragmenta, ex quibus tale opus exstitisse collegeris. Quamquam non diffiteor etiam aliis locis haec tractari potuisse; cf. ad frgm. LIV. Tamen quum horum fragmentorum ratio eis quae antecedunt scriptionibus simillima sit, malui in ἀντιγραφῶν serie ea collocare, quam in confusam incertorum fragmentorum farraginem reiicere.

LIV*. Athen. IX. p. 387. F. σὺ δὲ κατὰ τὰς συνθήκας ἂν μὴ αὔριον ἀποδῷς τὰ ὡμολογημένα, οὐκ ἐξαπατήσεως δημοσίᾳ σε γράψομαι, ἀλλὰ τὸν Φᾶσιν οἰκήσοντα ἀποπέμψω, ὡς Πολέμων ὁ περιηγητὴς Ἴστρον τὸν Καλλιμάχειον συγγραφέα εἰς τὸν ὁμώνυμον κατεπόντου ποταμόν.

Istri auctoritatem apud veteres non ita magnam fuisse plura sunt quae doceant, v. Siebelis Phanod. etc. fragm. praef. p. XXIII. κατεπόντου bene vertit Casaubonus „demergebat.“ Sensum interpretatur Siebelis l. c.: „quemadmodum Polemo Istrum historicum in Istrum fluvium demergendum dicebat, sic ego, nisi tu praestas quod pollicitus es, ad Phasin te amandabo.“ Aliter iudicat Toupius Epist. crit. p. 144, Istri Callimachei ψυχρότητα significari, quod ipsum frigidum est: frigidius etiam quod scribit Schweighaeuserus, Polemonem Istro ob non servatum promissum aliquod, quum fortasse in quodam Historiarum loco promisisset se de Istro flumine accuratius in alia operis parte verba facturum, succensuisse. Est lusus verborum, nil ultra. Pergit Siebelis: „Ubi hoc scripserit Polemo, non constat. Potuit autem fieri vel in libris adversus Timaeum, namque in hunc aeque atque Istrum stilum armavit, vel in eo loco, ubi de raptu Helenae (frgm. X.), seu ubi de ἑορταῖς λαμπάδος (frgm. VI.) exposuit, nam-

que de his rebus Ister quoque scripserat;" adde ubi de Phorbante disseruit, v. frgm. LV.

LV*. Schol. vet. Pind. Nem. V. 89. *ἐν Ἀθήναις φασὶν εὑρῆσθαι τὴν παλαιστρικὴν ὑπὸ Φόρβαντος τοῦ παιδοτρίβου Θησέως. Φερεκύδης δὲ ἡνίοχον τὸν Φόρβαντά φησι Θησέως, σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζει. καὶ Πολέμων δὲ ἱστορεῖ πάλην εὑρηκέναι Φόρβαντα Ἀθηναῖον. ὅτι δὲ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε πάλην Ἴστρος ἱστορεῖ.*

De Pherecydis testimonio v. Sturz. p. 199 sq., de Istri Sieb. p. 55. Alius Phorbas celebratur epicis, insignis et hic *τῇ πάλῃ* et ab Apolline victus; cf. Hom. Hymn. Ap. P. v. 33. c. not. Ilgenii, Schol. Il. XXIII. 660, quem locum qui ad nostrum revocare conatur, Welckerus de cycl. ep. p. 64, is Polemonem sibi ipsi contradicentem fecit. Alium Phorbantem, Curetum regem, Eumolpi contra Erechtheum socium fuisse et ab hoc superatum Athenis humatum esse ferebant; v. Harpocr. v. *Φορβαντεῖον* p. 182, Sturz. Hellanic. p. 199 sq.

5. *πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον.*

Semel laudatur *Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίγονον περὶ ζωγράφων*, Athen. XI. p. 474. C, h. e. adversus Antigonum, qui scripserat *περὶ ζωγράφων*. Saepius citantur *τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον*, v. frgm. LVI. LVIII. all. Sex ad minimum libris hoc opus constabat, v. frgm. LXII. Schweigh. Animadv. Athen. Vol. IX. p. 179. dubitat de voce *πρός*, utrum hi libri scripti fuerint ad Adaeum et Antigonum an adversus eos: mihi credibilius etiam hoc opus in contentione positum fuisse. De argumento constat ex fragmentis, partim ex nominibus adversariorum. Ex illis cf. inprimis frgm. LVIII. LX. LXIII, quae tota sunt in picturarum argumentis expromendis. Quod ad Antigonum et Adaeum attinet, illum modo vidimus *περὶ ζωγράφων* scripsisse, cf. Athen. XI. p. 474. C. Idem inter scriptores *περὶ πινάκων* nominatur a Diog. L. VII. 188, qui picturae cuiusdam mentionem inveniri negat *παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασιν*, deinde pergit, *μήτε γὰρ παρὰ Πολέμωνι μήτε*

παρ' Ὑψικράτει, ἀλλὰ μηδὲ παρ' Ἀντιγόνῳ εἶναι, unde Antigonum vel plenissime suam materiam tractasse existimaveris, huiusque et Polemonis (cf. LXVII — LXIX.) scriptorum similem in artium historia apud veteres usum fuisse atque Callimachi et Aristophanis tabularum quae vocabantur in historia litterarum; nam Polemonis apud Diog. L. l. c. haud dubie hoc ipsum, de quo nunc dicimus, quo Antigoni thesauros compleverat, opus intelligitur. Nominat etiam Plinius Antigonum, H. N. XXXV. 36, 5. „hanc ei (Parrhasio) gloriam concessere Antigonus et Xenocrates (nonnulli voluerunt Hypsicrates), qui de pictura scripsere." De Adaeo cf. Iacobs Animadv. Anthol. Vol. III. 3. p. 832. Distinguendum inter Adaeum Mitylenaeum, ad quem pertinebat scriptio Polemonis, et Adaeum Macedonem; utrumque confudit Muellerus Archaeol. §. 315, 2. Mitylenaeus scripsit περὶ ἀγαλματοποιῶν, Athen. III. p. 606. A, et sunt etiam inter Polemonis, quae ex hoc opere supersunt, fragmenta, quae statuariorum historiam attingant, v. frgm. LIX. LX: ut plenum operis titulum fuisse crediderim: Πολέμωνος πρὸς Ἀδαῖον περὶ ἀγαλματοποιῶν καὶ Ἀντίγονον περὶ ζωγράφων. Sed Adaeus citatur etiam ἐν τοῖς περὶ διαθέσεως, cf. not. ad. frgm. LVIII. Hunc Schneiderus Attali primi temporibus vixisse statuit, discedens a Reiskio, qui eundem ad Alexandri Magni tempora retulit, quod Iacobsius de Adaeo Macedone statuere malit. Ratum est eum et Antigonum ante Polemonem h. e. ante Ptolemaeum Epiphanem (v. cap. I. §. 5.) floruisse; et crediderim per hos inchoatum esse antiquarium illud scribendi genus, quo tabularum per templa, porticus, pinacothecas dispersarum argumenta describebantur, magis ut antiquitates inde illustrarentur quam ut artis pingendi leges atque historia. Eiusdem generis fuisse commentarios Polemonis cernitur ex fragmentis omnibus; et tractabatur omnis περὶ πινάκων locus a veteribus simili ratione atque nostrates ante Winckelmannum in artium historia versati sunt. Casu factum ut plurima fragmentorum pars de poculorum generibus sint; talia maxime curabat is qui ea servavit.

Ex libro I.

LVI. Athen. XI. p. 462. A. *Πολέμων δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονόν φησιν οὕτως· „τῆς δ' Ἡρακλείας τῆς ὑπὸ τὴν Οἴτην καὶ Τραχῖνα τῶν οἰκητόρων μεθ' Ἡρακλέους τινὲς ἀφικόμενοι ἐκ Λυδίας Κυλικρᾶνες, οἱ δ' Ἀθαμᾶνες, ἀφ' ὧν οἱ τόποι διαμένουσιν· οἷς οὐδὲ τῆς πολιτείας μετέδοσαν οἱ Ἡρακλεῶται, συνοίκους ἀλλοφύλους ὑπολαβόντες. Κυλικρᾶνες δὲ λέγονται, ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι κύλικας ἦσαν.*"

Codd. *κεχαρασμένοι*, *κεχραισμένοι*, *κεχραιμένοι*. Correxit Schweigh. ex Hesych. v. *Κυλικράνων· Πολέμων φησὶν ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι ἦσαν κύλικας· οἱ δὲ τοὺς ὑπὸ τῇ Οἴτῃ Ἡρακλεώτας ἀπό τινος οὕτως ὠνομάσθαι*: ita hunc locum emendavit Casaubonus, quum in codice sit: *Κυλίκρανον· Π. — κύλικες· οἱ δὲ τοὺς ὑπό τισι τῇ* (Musur. *τοὺς*) *Ἡρ. ὀνομᾶσθαι* (Musur. *ὠνομάσθαι*). Oppositam illam de nomine Cylicranorum sententiam fortasse praeiverant Antigonus et Adaeus. Cf. de hoc servorum genere quos citat Athenaeus p. 461. E. — 462. A. Macrob. Sat. V. 21. et Mueller Dor. I. p. 427. Videntur Cylicrani istas regiones antequam Heraclea conderetur (Thuc. III. 92.) habitasse, posteaque Heracleotis pro servis fuisse, quod ex poculis in humeros eorum inustis recte colligit Wachsmuth Antiqq. Hellen. I. 1. p. 169. Quum Polemo hanc gentem narret ex Lydia olim huc immigrasse, Cinaetho ap. Schol. Apollon. I. 1357. ex Mysia eam repetit. — Oratio obscurior est et scabra, unde Muellerus Orchom. p. 253. locum lacunosum esse censet. Sed solet Polemo fundere potius verba quam ponere cum cura et polite, quod in tali scribendi genere facile excusandum; neque sensus non in promtu, modo suppleas *μὲν* post *μεθ' Ἡρακλέους τινές*, *εἰσὶ* post *Ἀθαμᾶνες*, *ὠνομασμένοι* post *διαμένουσι*, sive mavis cum Schweighaeusero *οἰκούμενοι*. Quod sequitur, *οἷς — ὑπολαβόντες*, ita convertitur a Schweighaeusero: „cum quibus ius administrandae civitatis non communicarunt Heracleotae, pro peregrinis habentes qui cum ipsis habitarent."

LVII. Athen. XI. p. 497. F. *Πολέμων δ' ἐν πρώτῳ τῶν*

πρὸς Ἀδαῖον „ποτήρια," φησί, „παραπλήσια Σελευκίς, Ῥοδιάς, Ἀντιγονίς."

Cf. Athen. p. 783. E. Ἀντιγονίς, ἔκπωμα ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀντιγόνου, ὡς ἀπὸ Σελεύκου Σελευκὶς καὶ ἀπὸ Προυσίου Προυσίς, et de Rhodiade ibid. p. 496. F. Pollux VI. 96. Ἀντιγονίδας δὲ καὶ Σελευκίδα καὶ Ῥοδιάδα (sc. φιάλην) ἢ Ῥοδιακὰ (sc. ποτήρια) ἀπὸ τῶν χρησαμένων· — — καλοῦνται δὲ καὶ ἡδυπότιδες αἱ Ῥόδιαι (sc. φιάλαι). Clem. Alex. Paedag. II. p. 188. Pott. et ad hunc locum Schol. (p. 121. ed. Klotz.), qui varia poculorum genera describit: ἐκπωμάτων εἴδη· Θηρίκλειον, τὸ σφαιρικῷ τῷ πυθμένι τὸ ἐπικείμενον ἔχον χωνοειδές, ἀφ' οὗ πιεῖν ἐστὶν εὐπετές· Ἀντιγονίς (vulg. Ἀντιγόνιος), ἡ ἄνευ τοῦ σφαιροειδοῦς πυθμένος εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσα κτλ.

Ex libro III.

LVIII. Athen. V. p. 210. A. ἐν τούτοις ὁ Λυσίας εἰπὼν ὅτι καὶ χαλκῆ ἦν ἡ ἐγγυθήκη, σαφῶς παρίστησιν ὡς καὶ ὁ Καλλίξενος εἴρηκε λεβήτων αὐτὰς ὑποθήματα εἶναι· οὕτως γὰρ καὶ Πολέμων ὁ περιηγητὴς εἶπεν ἐν τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον, ἐξηγούμενος διάθεσιν ἐν Φλιοῦντι κατὰ τὴν Πολεμάρχειον στοὰν γεγραμμένην ὑπὸ Σίλλακος τοῦ Ῥηγίνου, οὗ μνημονεύουσιν Ἐπίχαρμος καὶ Σιμωνίδης, λέγων οὕτως· „ἐγγυθήκη καὶ ἐπ' αὐτῆς κύπελλον."

En periegetam picturarum argumenta explicantem, h. e. singulas, quae in iis pictae erant, res atque utensilia artificumque, qui eas pinxerant, tempora persequentem. — διάθεσις est quaevis dispositio, in architectura (Vitruv. I. 2.), in narratione poetica (Strab. I. p. 39. T. ποιητικὴ ἐξουσία — συνέστηκεν ἐξ ἱστορίας καὶ διαθέσεως καὶ μύθου κτλ.), in animo (Nausiphanes Democriteus ap. Diog. L. IX. 64. γίνεσθαι δεῖν τῆς μὲν διαθέσεως τῆς Πυρρωνείου, τῶν δὲ λόγων τῶν ἑαυτοῦ). Ita etiam Pausanias de scripta dispositione certaminis, V. 20, 1. ὄπισθεν δὲ ἡ διάθεσίς ἐστιν ἡ τοῦ ἀγῶνος. Deinde dicitur διάθεσις figura, ad quam quid dispositum est, velut figura simulacri, Strab. IV. p. 288. T. τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν, cf. ib. p. 290. et Callixen. ap. Athen. V. p. 201. F, et figura terrae, Strab. II. p. 193. ἡ μὲν οὖν Εὐρώπη πολυσχημονεστάτη πασῶν

ἐστιν, ἡ δὲ Λιβύη τἀναντία πέπονθεν, ἡ δὲ Ἀσία μέσην πως ἀμφοῖν ἔχει τὴν διάθεσιν. Denique hac voce dicitur totum illud, quod dispositione aliqua efficitur, maxime apud artifices et eos qui de artificibus scripserunt. Ita nostro loco ἐξηγούμενος διάθεσιν γεγραμμένην ὑπὸ Σίλλακος, h. e. eine Gruppe, ein Sujet: ita titulus Adaei, qui scripserat περὶ διαθέσεως, Athen. XI. p. 471. F, quo opere aut regulae comprehendebantur in argumentis picturarum disponendis observandae, aut, quod mihi quidem verisimilius est, picturae alicuius argumentum ad usum interpretationis antiquariae explicabatur. Similiter fragmentum Callixeni Rhodii apud Athen. V. p. 196 sqq., qui hac voce saepissime utitur et variante sensu: ἐφαπτίδες τινὲς μὲν εἰκόνας ἔχουσαι τῶν βασιλέων ἐνυφασμένας, αἱ δὲ μυθικὰς διαθέσεις, h. e. argumenta mythica. — De Sillace Rhegino non constat nisi hoc loco, cf. Sillig Cat. A. p. 419, Grysar Dor. Com. p. 222; neque porticus Polemarcheae alibi fit mentio. — ἐγγυθήκη s. ἐγγυοθήκη est poculorum ceterorumque vasorum ὑπόθημα, quod Romanis corrupto e graeco vocabulo *incitega* dicebatur, sive etiam repositorium et βάσις, cf. Fest. p. 79. ed. Lindem., et Scaliger ib. p. 459; adde Casaub. ad Athen. l. l., qui de repositorio citat Plin. H. N. XVII. 90. (cf. XXXIII. 49. et Fenestella ib. c. 52.) et Petron. c. 33. (p. 130. Burm. cf. c. 35. 36. 49. 60.), ubi glossae antiquae addunt: „Enceteria (sic), machina lignea, qua amphora sustinetur.“ Graecorum testimonia collecta habes in Steph. Thes. Vol. II. p. 37. ed. nov. Paris.

Ex libro V.

LIX. Athen. IX. p. 388. C. Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἀντίγονον καὶ Ἀδαῖον πορφυρίωνά φησι τὸν ὄρνιν διαιτώμενον κατὰ τὰς οἰκίας τὰς ὑπάνδρους τῶν γυναικῶν τηρεῖν πικρῶς καὶ τοιαύτην ἔχειν αἴσθησιν ἐπὶ τῆς μοιχευομένης, ὥσθ' ὅταν τοῦθ' ὑπονοήσῃ, προσημαίνει τῷ δεσπότῃ, ἀγχόνῃ τὸ ζῆν περιγράψας. „οὐ πρότερόν τε,“ φησί, „τροφῆς μεταλαμβάνει, εἰ μὴ περιπατήσῃ τόπον τινὰ ἐξευρὼν ἑαυτῷ ἐπιτήδειον· μεθ' ὃ κονισάμενος λούεται, εἶτα τρέφεται.“

Eustath. p. 1467, 5. *ἐπὶ ταῖς μοιχευομέναις.* — *προσημαίνει* Venet. et Eust.; all. *προσημαίνειν.* — *μεθ' ὅ* dedi cum Gesnero de Avibus p. 718; codd. *μεθ' ὅν.* — Videntur haec et quae sequuntur Aristotelis et Antigoni Carystii testimonia ex antiquo in Aristophanem commentario fluxisse, qui eiusdem avis meminit Avv. 707. et alibi; nisi putes cum Schneidero ad Ael. H. A. III. 42. Aristotelis locum a Polemone appositum fuisse, quod veri haud absimile est, quum Aristotele etiam alibi noster utatur (frgm. LXXXV.), Alexandrinique omnino in iis Aristotelis commentariis, qui erant de historia animalium deque rebus mirabilibus, versatissimi fuerint, cf. Stahr Aristotelia II. p. 98 sq. — Ex Athenaeo, quem solet expilare, sua hausit Aelianus H. A. III. 42; ceterum cf. Schneider l. c. et Schweigh. ad Athen. l. c. — *ὕπανδροι γυναῖκες* sunt mulieres virosae. *αἴσθησιν ἔχειν ἐπί τινος* dicitur eodem sensu quo *αἴσθησιν ποιεῖν*, cf. Demosth. Philipp. IV. 7. p. 121. Bekk. *ἡ καθ' ἡμέραν ῥᾳστώνη — οὐκ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀμελουμένων αἴσθησιν ποιεῖ.* — *τοῦτο* negligenter positum pro *μέλλουσάν τινα μοιχεύεσθαι: ὑπονοεῖσθαι* ut semper (Herod. IX. 88. 99. all.) ita etiam hoc loco de praesensione futurorum usurpatur. — *ἀγχόνῃ τὸ ζῆν περιγράψας* de violentiore exitu vitae, cf. Plato Axioch. p. 366. C. *ὥστε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον*, Ioseph. Antiqq. I. 3, 4. *περιγράψασθαι* (codd. *παραγράψασθαι*, usitatissimo vitio, v. Wesseling. ad Diod. I. 41.) *αὐτοχειρίᾳ τὸν βίον*, Plut. de Fluv. VII. 5. *ἡ δ' ἀθυμίᾳ συσχεθεῖσα βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν*, ubi codd. *παρέτριψεν*, ib. IX. 4. *διὰ λύπης ὑπερβολὴν βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψε.* — *περιγράφειν* enim et *διαγράφειν* proprie est *circumscribere*, cf. Diod. Exc. Vat. lib. XXXI. p. 80. Mai. *ἔχων — βακτήριον περιέγραψε τὸν Ἀντίοχον*, Vell. Paterc. p. 10. Orelli. *regem deliberaturum se dicentem circumscripsit virgula;* Hesych. Miles. p. 62. Orelli. *Βύζας περιέγραψε πόλιν*, h. e. circumscripsit aratro; Dio Cass. Eclog. Vat. p. 527. Mai. *Ῥωμύλος ἐπὶ τοῦ Παλλαντίου τὸ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι Ῥώμης σχῆμα διαγράφων*, Arrian. Exp. Alex. III. 2. *καὶ τὸν κύκλον οὕτω περιγραφῆναι τοῦ περιτειχισμοῦ.* Similiter de circulo adumbratione aliqua effecto, cf. Herod. VIII. 137. *περιγράφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον,*

Aeschyl. Choeph. 205. *δύο περιγραφὰ ποδοῖν*, pedum vestigia, circumscriptiones. Eodem revocanda grammaticorum loquutio de circulo, quo includebantur verba tollenda, ex contextu eiicienda, cf. Ruhnk. Tim. p. 81 sq., Athen. II. p. 39. E. *ἐπεσημήνατο ὁ γραμματικὸς Ἀρίσταρχος περιγράφειν τὸν στίχον*, Eustath. p. 1480, 26. *Διόδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος ὅλον τὸν γάμον περιγράφει.* Inde omnino eiicere, expungere aliquid, cf. Athen. II. p. 64. E; V. p. 180. B. *περιγράφειν τοὺς βολβοὺς τοῦ συμποσίου*, coll. quos citat Ruhnk. l. c. — Porro concludere aliquam libri sectionem, Diod. Sic. I. 41. *τὴν πρώτην μερίδα τῶν ἱστορουμένων αὐτοῦ περιγράψομεν*, ubi cf. Wesseling, cuius exemplis adde Diod. III, 15. p. 211. Bip. — Denique in universum finire, tollere, delere, cf. Polemo Ponticus in Anthol. VII. 615. *ἢ τὸ φιλεῖν περίγραψον, ἔρως ὅλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι πρόσθες.* Eodem revocanda Polemonis ceterorumque, quos laudavimus, loquutiones, *περιγράψαι τὸν βίον*, nisi mavis sequi doctam notam Lex. rh. ap. Bekk. Anecd. p. 295, 28. *περιγράψαι, τὸ ἀποκτεῖναι, ἐπεὶ οἱ ἀποθανόντες περιγράφονται*, scilicet *τῶν ληξιαρχικῶν*, nam ita scribendum apud Phot. p. 415, 16. — *κονισάμενος* dicitur eodem sensu quo ap. Paus. X. 26, 4. *καὶ ἵππος κονίεσθαι μέλλοντος παρέχεται σχῆμα.*

LX. Athen. IX. p. 484. B. *Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονόν φησι· „Διόνυσος τέλειος, καθήμενος ἐπὶ πέτρας· ἐξ εὐωνύμων δ' αὐτοῦ Σάτυρος φαλακρός, ἐν τῇ δεξιᾷ κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτὸν κρατῶν.“*

Apparet hunc locum ex descriptione picturae depromtum esse; Athenaeus laudat eum propter vocem *κώθων*. Satyrum Baccho poculum ministrantem pinxit Praxiteles, Paus. I. 20, 1, atque erat haec usitatissima repraesentatio, v. Mueller Archaeol. §. 383. not. 8. — *Διόνυσος τέλειος* est iuvenis adultus, *νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς πρωθήβῃ*, ut ait Herod. VII. 3, sicuti *ἵππος τέλειος* opponitur *πώλῳ* et *ἅρμα τέλειον ἅρματι πωλικῷ*. De cothone praeter Athen. l. c. cf. frgm. LXI. Plut. Lycurg. c. 9, Pollux X. 66. VI. 96 sq., all. — *μόνωτον* dedit Valcken. Diatrib. Eurip. p. 279. A; in codd. erat *μόνῳ τον* et *μόνον τόν*. Similiter dicuntur *ποτήρια ἄωτα*, similia. — *ῥαβδωτὸς* est virgatus, veluti *ῥάβδοι χαλκοειδεῖς* in tergis serpentum, Diod. XVII.

90, quae a Clitarcho ap. Aelian. H. A. XVII. 2. vocantur *ταινίαι; ῥάβδοι πορφυραῖ ἐν τοῖς χιτῶσι*, Pollux VII. 53. coll. IV. 120. *ῥαβδωτὰς θύρας* habes ap. Diod. III. 21, *ῥαβδωτὰ ὄστρεα* ap. Arist. H. A. IV. 4, *ῥαβδωτοὺς σάγους* ap. Diod. V. 30, *ῥάβδωσιν* et *σπείρας ἀρραβδώτους, κίονας ἀραβδώτους* de strictura columnarum ap. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. I. p. 279. a.

LXI. Athen. IX. p. 483. B. *Πολέμων δ' ἐν τῇ * τῶν πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον ὅτι κεραμέοις ἀγγείοις ἐχρῶντο οἱ Λακεδαιμόνιοι γράφει οὕτως· „ἀλλὰ μὴν ὅτι ἀρχαϊκὸν ἦν τὸ τοιοῦτον τῆς ἀγωγῆς γένος * * *, ὃ καὶ νῦν δρᾶται παρά τισι τῶν Ἑλλήνων, ἐν Ἄργει μὲν ἐν ταῖς δημοσίαις θοίναις, ἐν Λακεδαίμονι δὲ κατὰ τὰς ἑορτάς· ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις καὶ φειδιτίοις ἐκ πιθακνῶν.“*

Affertur hic locus in eadem de vocabulo *κώθων* quaestione, quapropter subiungendum eum antecedenti putavi, quamquam de libri numero non constat. — Venet. *ἐν τῇ τῶν πρὸς Ἀδαῖον*, cett. *ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀδαῖον*. — Deinde libb. *τοιοῦτον δέ*, ubi delevi vocem *δέ*, sed poteris etiam *τοιόνδε* scribere. Lacunam indicavit Dindorf. Videtur excidisse mentio caerimoniae alicuius (*δρᾶται*), per quam utebantur vasis figlinis. In sequentibus Schweigh. et Dindorf. punctum minus ponunt post *Ἑλλήνων* et comma post *ἑορτάς*. — *ἐκ πιθακνῶν* dedi ex coniectura. Libb. *ἐν πιθάκναις, πιθάκνῃ*. — *πιθάκνη* est *μικρὸς πίθος*, doliolum, poculum dolioli forma, ligneum opinor, nam opponuntur *ποτηρίοις κεραμέοις*. De phiditiis Spartanorum nota res est.

Ex libro VI.

LXII. Athen. IX. p. 410. C. *Πολέμων δ' ἐν ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἀντίγονον καὶ Ἀδαῖον περὶ τῆς διαφορᾶς λέγει τοῦ κατὰ χειρὸς πρὸς τὸ νίψασθαι.*

Leguntur haec in contextu quaestionis de dictionibus *κατὰ χειρὸς* et *νίψασθαι*, explicatissimae plurimisque variorum scriptorum testimoniis ornatae, Athen. p. 408. B. sqq.

Ex libris incertis.

LXIII. Athen. XI. p. 474. C. *Πολέμων δ' ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίγονον περὶ ζωγράφων φησίν· „Ἀθήνῃσιν ἐν τῷ τοῦ Πειρίθου γάμῳ πεποίηκεν Ἵππευς τὴν μὲν οἰνοχόην καὶ τὸ κύπελλον λίθινα, χρυσῷ τὰ χείλη περιτεραμνίσας, τὰς δὲ κλισίας ἐλατίνας, χαμᾶζε ποικίλοις στρώμασι κεκοσμημένας, ἐκπώματα δὲ κεραμέους κανθάρους, καὶ τὸν λύχνον ὁμοίως, ἐκ τῆς ὀροφῆς ἐξηρτημένον ἀνακεχυμένας ἔχοντα τὰς φλόγας.“*

Sunt haec admodum dubia, quum et de artifice ambigatur, neque de ipso opere quale fuerit in promtu sit. Et Hippeus quidem artifex alibi non memoratur, Hippias statuarius ap. Paus. VI. 13, 3, Hippias pictor vel Hippis ap. Plin. H. N. XXXV. 40, 35. Unde fuerunt qui apud Polemonem pro *Ἵππευς* scribendum esse *Ἵππυς* censerent, quasi fuerit hic idem artifex atque ille Plinianus. Mihi tamen non tam de tabula picta quam de opere statuarii sermo esse videtur, de simulacris inquam separatim et certo ordine dispositis, addita mensa ceteraque supellectile, ut *γάμος* et convivium repraesentaretur. Simile opus, a Lycio Myronis filio id quidem factum, describitur a Pausania V. 22, 2. *παρὰ δὲ τὸ Ἱπποδάμιον καλούμενον λίθου τε βάθρον ἐστί, κύκλος ἥμισυς, καὶ ἀγάλματα ἐπ' αὐτῇ Ζεὺς καὶ Θέτις τε καὶ Ἡμέρα τὸν Δία ὑπὲρ τῶν τέκνων ἱκετεύουσαι· ταῦτα ἐπὶ μέσῳ τῷ βάθρῳ. οἱ δὲ ἤδη σχῆμα ἀντιτεταγμένων ὅ τε Ἀχιλλεὺς παρέχεται καὶ ὁ Μέμνων ἐπὶ ἑκατέρῳ τοῦ βάθρου τῷ πέρατι ἑκάτερος. ἀνθεστήκασι δὲ καὶ ἄλλος ἄλλῳ κατὰ τὰ αὐτά, ἀνὴρ βάρβαρος ἀνδρὶ Ἕλληνι, Ὀδυσσεὺς μὲν Ἑλένῳ, — Μενελάῳ δὲ — Ἀλέξανδρος, Διομήδει δὲ Αἰνείας, καὶ τῷ Τελαμῶνος Αἴαντι Δηίφοβος*: cf. Thiersch Epoch. p. 273. 445. Et vulgo etiam Niobae Niobidarumque quae nunc exstant statuae ad tale olim opus concinnatae fuisse creduntur. Iam nostro loco ut simile quid describi putem faciunt tum cetera, quae quomodo tibi ut picta imaginari possis ipse videas, tum *κλισίαι* illae *ἐλάτιναι*, quae si erant stromatis ad humum usque opertae, unde tandem quaeso noster comperit esse eas *ἐλατίνας*? Adde illud *χρυσῷ τὰ χείλη περιτεραμνίσας*, quod non video quo pacto dici queat de pictore. Nam ut taceam de pictura tabulae

inaurata (cf. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. II. p. 665. a.), ipsa vox *περιτεραμνίζειν* de pictore opinor haudquaquam usurpari potest. Tentavit eam Casaubonus ad h. l.: „Constanter omnes codd. et epit. *περιτεραμνίσας* aut *παρατεραμνίσας*: quod quid significet? Lego igitur *περιτερματίσας*.“ Aliis verbis idem dicit paullo post p. 476. D. E. *τὰ χείλη περιαργυροῦντας καὶ χρυσοῦντας*, at consentiunt codices neque Schweighaeuserus quidquam mutare ausus est. Qui, *τέρεμνα* sive *τέραμνα* quum sint tecta aedium omninoque superiores rei alicuius partes, inde verbum *περιτεραμνίζειν* formatum esse censet, quod significet „summa labia vasis alicuius auro praecingere.“ Verum quidni derivaveris a voce *τέραμνος* sive *τέρεμνος*, quod est i. q. *στερεός*, *πυκνός*, ut *τεραμνίζω* sit i. q. *πυκάζω*, *κύπελλον* igitur *λίθινον*, *χρυσῷ τὰ χείλη περιτεραμνισθὲν* sit i. q. *πέριξ πεπυκασμένον*, cf. Il. XXIII. 503. *ἅρματα δὲ χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε*, h. e. aureis laminis inductum, quod planum est de pictis poculis dici non posse. Diiudicent rem peritiores. — De nuptiis Pirithoi cf. Diod. IV. 70. Paus. V. 10, 2. Muell. Archaeol. §. 389, 3. Idem argumentum in Theseo Atheniensi pinxerat Milo, Paus. I. 17, 2.

LXIV. Athen. XV. p. 690. E. *Πολέμων δ' ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον παρὰ Ἠλείοις φησὶ μύρον τι Πλαγγόνιον καλεῖσθαι, εὑρεθὲν ὑπό τινος Πλαγγόνος.*

Hellad. ap. Phot. p. 532, 6. Bekk. *μύρων εἴδη· — Πλαγγόνιον, ὅπερ εὗρε γυνὴ Ἠλεία, καλουμένη Πλαγγών;* cf. Pollux VI. 104. Scholl. Clem. Alex. p. 124. Klotz. — *Πλαγγών* scribendum esse, non *Πλάγγων* ostendit Lobeckius ad Soph. Ai. p. 167. ed. 2.

LXV. Suidas s. v. *Ἀζηνιεύς. Ἀζηνία δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος, ἀφ' ἧς ὁ φυλέτης Ἀζηνιεύς. καὶ Ἀζηνιεῖς καὶ Ἐρχιεῖς καὶ Ἁλιεῖς καὶ πάντα τὰ ὅμοια δασέως φασὶ φθέγγεσθαι τοὺς Ἀττικοὺς τοὺς παλαιούς. Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον.*

Vulgo *Ἀζηνιεῖς*, *Ἐρχιεῖς*, sed dicit gentile et *Ἀζηνιεύς* esse et *Ἀζηνιεύς*. De ceteris cf. Eustath. p. 1387. *ἐν δὲ τοῖς ῥητορικοῖς λεξικοῖς φέρεται καὶ ταῦτα· — δασύνεται — ἀττικῶς τὸ ἅθρους, καθὰ καὶ τὸ ἁθρεῖν. — παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ τὸ*

ἄθυρμα, φασί, δασύνεται, ὡς καὶ ἔνος, ὁ ἐνιαυτός, ὅθεν ἄφενος. — *καὶ τὸ ἔννη δὲ καὶ νέα δασεῖαν τότε εἶχε, καὶ ἡ ἁμίς, καὶ ἡ ἅμαξα, ὅθεν καὶ τὸ καθημαξευμένως, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, καὶ θαμάξιον, τὸ ἁμάξιον. χαίρουσι γὰρ, φησί, τῇ δασείᾳ οἱ Ἀττικοί.* Cf. Suid. v. *ἀλύειν* et Steph. B. v. *Ἀλαί.*

LXVI*. Athen. VIII. p. 341. A. *Ἀνδροκύδης δ' ὁ Κυζικηνὸς ζωγράφος φίλιχθυς ὤν, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων, ἐπὶ τοσοῦτον ἦλθεν ἡδυπαθείας ὡς καὶ τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς κατὰ σπουδὴν γράψαι.*

Plutarch. Sympos. Q. IV. 2, 3. *ἐκεῖνος γὰρ (Ἀνδροκύδης) ὧν ἐποίησε πάντων ἐναργέστατα καὶ κάλλιστα τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς ζωγραφήσας ἔδοξε τῷ πάθει μᾶλλον ἢ τέχνῃ κεχρῆσθαι· φύσει γὰρ ἦν φίλοψος.* Cf. ibid. IV. 4, 2. — Androcydes Zeuxidis aequalis pinxit etiam proelium Plataeense, v. Sillig C. A. p. 43 sq. Eius, quam Polemo dicit, picturae argumentum sumsit ex Odyss. XII. 95.

LXVII*. Diog. L. II. 104. *Θεόδωροι δὲ γεγόνασιν εἴκοσι· — δωδέκατος ζωγράφος, οὗ μέμνηται Πολέμων.*

Solet Diogenes talia ex Demetrio Magnete sumere, qui scripserat de scriptoribus homonymis. De Theodoris pictoribus, nam erant plures eiusdem nominis, cf. Sillig C. A. p. 443.

LXVIII*. Diog. L. IV. 58. *γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα· — ὄγδοος Μιλήσιος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται καὶ Πολέμων.*

Ex Diogene Eudocia p. 94. Cf. Sillig C. A. p. 107.

LXIX*. Diog. L. V. 85. *γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι· — πέμπτος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται Πολέμων.*

Cf. Sillig C. A. p. 180, ubi adde Demetrium Alexandrinum, qui vixit temporibus Ptolemaei Philometoris et habitabat Romae; quem Diodorus Exc. Vat. p. 84. Mai. vocat *τοπογράφον*, Valerius Max. V. 1. p. 239. Bip. *pictorem Alexandrinum.*

III. *Ἐπιστολαί.*

Continet haec classis epistolas scriptas 1) ad Attalum, 2) ad Diophilum, 3) ad Aranthium, 4) ad Anonymum. De

argumentis harum epistolarum non constat nisi de iis, quae ad Diophilum et ad Anonymum datae erant; quarum illa erat de Libero Morycho apud Syracusanos culto, haec *περὶ ἀδόξων ὀνομάτων*, quae quid significent exemplo est nomen *παρασίτου*. Epistola ad Attalum videtur de cognominibus quibusdam deorum insolentioribus fuisse. Denique quae Aranthii nomine insignita est, hanc, quantum ex unico quod exstat fragmento iudicari licet, certum genus paeanum, quod in laudibus mortalium positum erat, persequutam esse dixeris.

1. *πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολή.*

Dubium quis fuerit hic Attalus. Wegener de Aul. Attal. I. p. 204. regem Pergamenum fuisse statuit, eius nominis secundum. Quod licet sit verisimile, tamen ego pro certo affirmare non ausim. Nam procul dubio ea aetate, qua gloria Attalorum in fastigio erat, si nude Attalus dicebatur, de regibus quisque statim cogitabat; et certabant qui tunc florebant viri docti Attalos visitando, opera sua iis mittendo, nominibus eorum inscribendo (Bito *περὶ ὀργάνων, πρὸς Ἄτταλον*, Athen. XIV. p. 634. A.). At enimvero etiam de hoc dubitari non potest, fuisse iisdem temporibus, dum florebant sub Attalis litterae Pergamenae, inter homines litteratos haud paucos, qui nomen illud illustre ad se transtulissent, velut sub Ptolemaeis inveniebantur multi qui Ptolemaei nominarentur; et citatur Attalus nescio quis in opere *περὶ παροιμιῶν* apud Hesych. v. *κορίννουσι*, itemque Attalus grammaticus inter interpretes Homeri ap. Schol. Ven. Il. XV. 444. (quae sunt Herodiani), coll. Victor. Il. XV. 641. 651. — Argumentum huius epistolae veram artis periegeticae indolem habet; est enim de insolentioribus quibusdam deorum cognominibus atque a communi usu et notitia remotioribus, velut Apollinis *ὀψοφάγου* (frgm. LXX.), *κεχηνότος* (frgm. LXXI.), *Διονύσου χοιροψάλου* (frgm. LXXII.), qualia ex monimentis locorum eruerat atque ad causas mythicas revocaverat scriptor. Similem disquisitionem habes apud Clementem Alexandrinum Protrept. cap. 2. §. 38. 39. ex diversis scriptoribus compilatam, inter quos identidem comparet nomen Polemonis; abs quo quum unum

exemplum, *Διονύσου χοιροψάλου* (frgm. LXXII.), sumtum constet non nominato, pronum est suspicari etiam ceterorum partem aliquam ex nostro tacite descriptam esse. Et disputatur eodem contextu etiam de Minerva ab Ornyto vulnerata (p. 31. Potter.), deque Apolline Sminthio (p. 34. Potter.), addito nomine Polemonis; unde putaveris haec quoque exempla, a me supra in Periegesi (frgm. XXIV. XXXI.) tractata, satius esse ad epistolam ad Attalum scriptam referre.

LXX. Athen. VIII. p. 346. B. *οἶδα καὶ τὸν παρ' Ἠλείοις τιμώμενον ὀψοφάγον Ἀπόλλωνα· μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ.*

Cf. Clem. Alex. in frgm. LXXI. De voce *ὄψα, ὀψοφαγεῖν* etc. v. Athen. VII. p. 277. F, quem exscripsit Eustathius p. 867. *ὄψα* sunt omnia ea, quae pani adduntur, carnes, olera, inprimis pisces, unde *ὀψοφάγοι* peculiariter dicebantur *οἱ περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφόμενοι*, ut ait Athenaeus, cf. Plutarch. Sympos. Q. IV. 4, 2: ampliore autem sensu homines delicatiores cupediarumque studiosiores. Quod nomen quo sensu Apollini inditum fuerit pateret, si causam, de qua haud dubie scripserat Polemo, ex hoc adiicere Athenaeo placuisset.

LXXI*. Clem. Alex. Protrept. p. 32. Potter. *Πολέμων δὲ κεχηνότος Ἀπόλλωνος οἶδεν ἄγαλμα, καὶ ὀψοφάγου πάλιν Ἀπόλλωνος ἄλλο ἐν Ἤλιδι τιμώμενον.*

Suspicor patrem haec, ut solebant isti in litteris profanis versari (cf. frgm. XXXI. LXXIII. nott.), festinantius excerpsisse et hiantem Apollinem finxisse ex Libero hiante, apud Samios culto, de quo constat ex Aeliano H. A. VII. 48. et Plinio H. N. VIII. 21. Elpis Samius in Africam nave delatus conspecto leone hiatu minaci arborem fuga adscendit, Libero patre invocato. Procumbit bellua ad arborem, miserationem iam quaerens eodem hiatu, quo modo terruerat. Os morsu avidiore inhaeserat dentibus. Degressus ille evellit praebenti. Leo, quamdiu navis in litore stabat, gratiam retulit venatus aggerendo. „Qua de causa Libero patri templum in Samo Elpis sacravit, quod ab eo facto Graeci *κεχηνότος Διονύσου* appellavere.“ Haec Plinius. — *δένδρον κεχηνὸς* habes apud Frontonem p. 68. Nieb. *arbor catachannas* (margo

catachanna), quod corruptum videtur ex *κεχαννῖα* vel *κατακεχαννῖα*.

LXXII. Clem. Alex. Protrept. p. 33. Pott. *Διόνυσον δὲ ἤδη σιωπῶ τὸν χοιροψάλαν· Σικυώνιοι τοῦτον προσκυνοῦσιν, ἐπὶ τῶν γυναικείων τάξαντες τὸν Διόνυσον μορίων κτλ.* Schol. ad h. l. p. 108. Klotz. *Χοιροψάλας Διόνυσος ἐν Σικυῶνι τιμᾶται, ὡς Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ. ἔστι δὲ μεταλαμβανόμενον ὁ τὸν χοῖρον ψάλλων τοῦτ' ἔστι τίλλων. χοῖρος δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον.*

Idem cognomen memorat Schol. Aesch. Pers. v. 1054. *ψάλλ' ἔθειραν*] *ἀπὸ τοῦ ψάλλειν. — λέγεται καὶ χοιροψάλας Διόνυσος, ὁ τίλλων τὰ μόρια τῶν γυναικῶν.* Simile est quod habetur ap. Aristoph. Vesp. 1318. *χοιρόθλιψ*, cf. Schol. ad. h. l., Suid. s. v.

2. *περὶ τοῦ Μορύχου πρὸς Διόφιλον.*

Argumentum supra scriptis verbis expressit Athen. XI. p. 462. C. Ad Diophilum quendam epistolam scriptam fuisse intelligitur ex frgm. LXXIII. Versabatur haec scriptio, quod cernitur ex fragmentis, in antiquitatibus Siculis, praesertim in proverbio *μωρότερος Μορύχου* explicando.

LXXIII. Zenob. Proverb. V. 13. *μωρότερος εἶ Μορύχου· αὕτη ἡ παροιμία λέγεται παρὰ τοῖς Σικελιώταις ἐπὶ τῶν εὐηθές τι διαπρασσομένων, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Διόφιλον ἐπιστολῇ. λέγεται δὲ οὕτως· μωρότερος εἶ Μορύχου, ὃς τἄνδον ἀφεὶς ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται. Μόρυχος δὲ Διονύσου ἐπίθετον, ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον μολύνεσθαι ἐπειδὰν τρυγῶσι τῷ ἀπὸ τῶν βοτρύων γλεύκει καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις· μορύξαι γὰρ τὸ μολῦναι· καταγνωσθῆναι δὲ αὐτοῦ εὐήθειαν, πάροσον ἔξω τοῦ νεὼ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἐστι, παρὰ τῇ εἰσόδῳ, ἐν ὑπαίθρῳ. κατεσκεύασται δὲ ἀπὸ Φελλάτα καλουμένου λίθου ὑπὸ Σιμμίου τοῦ Εὐπαλάμου.*

Cf. Suid. et Phot. v. *μωρ. Μορ.* (Phot. *Μωρύχου*, et sic in seqq.), *παροιμία. Πολέμων λέγεσθαι ταύτην παρὰ Σικελιώταις οὕτως· μωρότερος εἶ* (Phot. *εἰμι*) *Μορύχου, ὃς τἄνδον ἀφεὶς ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται. Μόρυχος δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ Διόνυσος κατ' ἐπίθετον* (Phot. *κατεπείθετο*), *διὰ τὸ μολύνεσθαι αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἐν τῇ τρύγῃ γλεύκει τε καὶ σύκοις. μορύξαι δὲ τὸ μολῦναι. Ὅμηρος γοῦν τὸ μεμολυμμένος* (Suid. *μεμολυσμένος*, cf. Eustath. p. 1746,34.

Schaefer in Schol. Apoll. III. 276.) *μεμορυγμένος* (Phot. *μεμορυχμένος*, Suid. *μεμορυχημένος*) *φησίν* (Od. XIII. 435.). *εὐήθειαν τούτου* (ap. Zenob. erat *αὐτῶν*) *καταγνωσθῆναι, πάροσον ἔξω τοῦ νεὼ ἐν ὑπαίθρῳ αὐτοῦ τὸ ἄγαλμα καθίδρυται, παρὰ τῇ εἰσόδῳ* (ap. Zenob. erat *παρὰ τὴν εἴσοδον*). *τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν εὐηθές τι διάπραττομένων.* Clem. Alex. Protrept. p. 42. Pott. *παραθήσομαι τοῦ Μορύχου Διονύσου τὸ ἄγαλμα Ἀθήνῃσι γεγονέναι μὲν ἐκ τοῦ Φελλάτα* (ante Sylburgium erat *Φελλείτα*; Zenob. *Ψέλλα*) *καλουμένου λίθου, ἔργον δὲ εἶναι Σίκωνος* (Sylburg. ed. *Σίμωνος*) *τοῦ Εὐπαλάμου, ὥς φησι Πολέμων ἔν τινι ἐπιστολῇ*; qui confudit Siculum Morychum et Atheniensem (idem accidit Bergkio de reliq. com. Att. antiq. p. 345 sq.), de quo v. Ruhnk. ad Tim. p. 183. De proverbio cf. etiam Apostol. XIII. 50. Proverb. Alexandr. 40. — Verbis *ὃς τἄνδον ἀφεὶς κτλ.* versum comici subesse suspicor, quem hac epistola eodem modo tractaverit Polemo, quo libro *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου* tractavit locum Xenophontis, libro *περὶ Ἄρτου* locum Thucydidis. Is comicus erat, ni fallor, Epicharmus, cui noster multum operae navasse videtur, et quem indicant verba *παρὰ τοῖς Σικελιώταις*, quae notandum a Suida et Photio ita cum pleniore proverbii formula coniungi, quasi voluerit Polemo lectorem ad certum scriptoris Siculi locum ablegare; namque populariter planum est breviorem formam obtinuisse. — De nomine artificis quaesiverunt Sylburg ad Clem. l. c., Thiersch Epoch. Art. II. adnot. p. 33, O. Mueller Aeginet. p. 104, Sillig Cat. Art. p. 420 sqq. Hic tuetur lectionem Zenobii, *Σιμμίον*, ceteri Simonem Aeginetam dici existimant, quem memorat Plin. H. N. XXXIV. 8, 19. Diog. L. II. 123. Paus. V. 27, 1. Lapis Phellates dicebatur a monte Attico, cui nomen *Φελλεύς*, cf. Mueller Attica p. 218. Leake Northern Greece Vol. II. p. 437 sq., quod derivandum a voce *φελλὸς* (non *φέλλος*, v. Herodian. in Schol. Venet. Il. XVI. 234.) vel *φελλὰ* i. e. *λίθοι*, cf. Ruhnk. Tim. p. 270. — Steph. B. v. *Φελλεύς, τὸ τοπικὸν Φελλείτης ἂν εἴη, ὡς τοῦ Ἀταρνεὺς Ἀταρνείτης*, unde patrocineris codicum lectioni in Clemente. Sed Schol. Clem. p. 112. Klotz. habet *Φελλάτα*, et in eandem formam conspirare videtur quod habent libri Zenobii, *Ψέλλα*, et Hesychii s. v. *Φελλάντας, λίθος σκληρός*. Aliud gentile est

Φελλίτης a nomine vici Lycii, cf. Steph. B. v. *Ἀντίφελλος καὶ Φελλός, χωρία Λυκίας· οἱ οἰκοῦντες Φελλῖται καὶ Ἀντιφελλῖται.*

LXXIV. Athen. III. p. 109. A. *οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν, ἀλλὰ τῶν εὑρημάτων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος καὶ Ἱμαλίδος· οὕτως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Συρακοσίοις τιμᾶται, ὡς ὁ αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ τοῦ Μορύχου.*

Cf. frgm. XXXIX. Poterat Polemo eiusdem rei in utraque scriptione, in hac epistola et in opere adversus Timaeum edito, meminisse; quamquam verisimilius est Athenaeum in alterutro loco enotando parum accuratum fuisse.

LXXV. Athen. XI. p. 462. C. *καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ Μορύχου ἐν Συρακούσαις φησὶν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ Νήσῳ, πρὸς τῷ τῆς Ὀλυμπίας ἱερῷ, ἐκτὸς τοῦ τείχους ἐσχάραν τινὰ εἶναι, „ἀφ' ἧς, φησί, τὴν κύλικα ναυστολοῦσιν, ἀναπλέοντες μέχρι τοῦ γενέσθαι τὴν ἐπὶ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς ἀόρατον ἀσπίδα· καὶ οὕτως ἀφιᾶσιν εἰς τὴν θάλασσαν κεραμέαν κύλικα, καθέντες εἰς αὐτὴν ἄνθεα καὶ κηρία καὶ λιβανωτὸν ἄτμητον καὶ ἄλλ' ἄττα μετὰ τούτων ἀρώματα.“*

τὴν κύλικα Venet.; cett. *τὸν κύλ.* — Apparet haec ad descriptionem Syracusarum pertinuisse, ut non de solo Morycho proverbioque de hoc desumto, sed de aliis etiam Syracusanorum antiquitatibus ac monimentis hanc epistolam egisse cernas; nisi putaveris calicem illum sacrum, de quo sermo est, Libero Morycho dedicatum fuisse, sicuti natandi ac remigandi certamine apud Hermionenses celebrabatur Liber Melanaegis, v. Paus. II. 35, 1. De ipsa re scitissime statuere mihi videtur Casaubonus, Venetorum illum morem antiquum comparans, mare quotannis civitati per supremum magistratum repraesentatae despondendi. Potuerit etiam ille ritus qui apud Athenienses obtinebat comparari, quo Regina quae vocabatur Libero Patri sub veris initium despondebatur (cf. Demet. et Perseph. p. 390.), et si quae aliae eiuscemodi caerimoniae apud veteres passim obtinebant, quarum exempla varia congessit Laurentius in Polymathia I. Dissert. II. Eadem cunctarum ratio, idem consilium est, ut naturalis illa vis, cui praeest is cui litatur deus, sive ea in maris tranquillitate sive in terrae fertilitate cernatur, volens in annum

atque propitia civitati reddatur. Quamquam nostro loco non tam publica sacra quam privata vel potius collegiorum quorundam propria describi dixeris propter apparatum viliorem; nautarum opinor atque piscatorum, qui mare isto piaculo bonum suis rebus reddere vellent. Calix fictilis navi in altum deducitur, ibique (*καὶ οὕτως ἀφιᾶσιν*, h. e. postquam pervenerunt eo quo tendere solebant) in mare demittitur, floribus, favis, variis aromatis repletus. — *ἡ Νῆσος* est Insula, Ortygia, cf. Goeller de Syracus. p. 37. 39. 44. Ea moenibus circumdata erat; sed *ἡ ἐσχάρα*, unde pompa cum calice sacro proficiscebatur, *ἔξω τοῦ τείχους* erat. De templo Telluris Olympiae (*ἡ Ὀλυμπία* sc. *Γῆ*) non constat; sed videtur in eo Insulae angulo (*ἐπ' ἄκρᾳ τῇ Νήσῳ*) quaerendum, qui spectat altum. De templo Minervae in Insula sito, quod ante Verrem ornatissimum fuisse testatur Cicero, v. Goeller p. 48. Navigabant in altum donec clypeus, qui templo Minervae superimpositus erat, cerni amplius non posset. Solent enim nautae de talibus signis usu atque experientia inter se convenire, quibus certus in mari vel palude locus facillime et describi potest et deprehendi.

3. *πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολή.*

Exstat unum fragmentum, quod est de recentiore paeanum genere, in mortales compositorum, quales noster fortasse in itineribus suis ex oribus hominum exceperat et in hoc opere peculiariter pertractaverat. Recentius hoc genus est, quia initio solus Apollo tali carmine celebrabatur, deinde etiam ceteri dii, denique etiam homines; cf. Athen. XV. p. 696 sqq. et Procl. Chrestom. p. 419. Gaisf. — De Aranthio non constat.

LXXVI. Athen. XV. p. 696. F. *καὶ ὁ εἰς Ἀγήμονα* (sc. *παιὰν*) *δὲ τὸν Κορίνθιον, Ἀλκυόνης πατέρα, ὃν ᾄδουσι Κορίνθιοι, ἔχει τὸ παιανικὸν ἐπίφθεγμα. παρέθετο δὲ αὐτὸν Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν τῇ πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολῇ.*

Quid sit *παιανικὸν ἐπίφθεγμα* patet ex Boeckhio de metr. Pind. p. 207. 270. frgm. Pind. p. 567 sqq.

4. *περὶ ἀδόξων ὀνομάτων ἐπιστολή.*

Epistolam fuisse intelligitur ex frgm. LXXVII. De nomine eius, ad quem haec epistola scripta erat, nihil memoratur. Quid sit *ὄνομα ἄδοξον* planum est ex eo, quod de parasitis in hac scriptione quaesivit, nomine initio honorato, deinde ignobili et famoso; cf. frgm. LXXVIII. *τὸ τοῦ παρασιτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι κτλ.*, Crates de dial. Att. ap. Athen. p. 235. B. *καὶ ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα.* Similiter apud rhetores dicebantur *ἄδοξοι ὑποθέσεις*, cf. Gell. N. A. XVII. 12. *infames materias, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant: — sicuti cum Thersitae laudes quaesivit* (Favorinus) *et cum febrim quartis diebus recurrentem laudavit.* Cf. Philostr. I. 7, 1. Sed nomina ista infamia ita tractavit Polemo, ut primum quae fuerit antiquior significatio, deinde quae causa immutatae existimationis, explicaret; saltem ita quaestionem suam instituit in ea, quae sola exstat, disputatione de nomine *παρασίτου*, quae tantum abundat doctrina ex optimis fontibus hausta, ut vel propter hanc solam nostrum inter optimos istius aetatis scriptores habere par sit.

Ceterum similis disquisitionis vestigia deprehendas in hisce apud Schol. Aeschyl. Prom. v. 10. *σημείωσαι ὅτι τὸ τύραννος ὄνομα βασιλικὸν ἦν τοῖς παλαιοῖς, νῦν δὲ βλασφημεῖται, ὥσπερ καὶ τὸ χυδαῖοι ἀντὶ τοῦ πεπληθυσμένοι πάλαι λεγόμενον, νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ οὐδαμινοί, πολλοστὸς οὐχ ὡς πάλαι ὁ πολύς, ὁ ἔνδοξος, ἀλλ' ὁ μηδὲν ὤν, ὠμὸς οὐχ ὁ στερεός, ἀλλ' ὁ φαυλότατος νῦν, ἐξαίσιον τὸ ἔξω τοῦ δικαίου, νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ μέγα καὶ ξένον*: quae ferme putaverim ex commentariis Polemonis derivata esse. Quamquam in similibus rebus versabantur commentarius Dorothei *περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων*, Phot. Bibl. Cod. 156, et Suetonii Tranquilli *περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη*, Suid. v. *Τράγκυλλος*, cf. Etym. M. p. 151, 36.

LXXVII. Athen. IX. p. 409. D. *ἔτι δὲ καὶ εὐώδεσι τὰς χεῖρας κατεχρίοντο, τὰς ἀπομαγδαλιὰς ἀτιμάσαντες, ἃς Λακεδαιμόνιοι ἐκάλουν κυνάδας, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῇ περὶ ὀνομάτων ἀδόξων ἐπιστολῇ.*

Cf. Hesych. v. *κυνάδες*, de quo lemmate v. Ranke de Hesych. lex. p. 102. Dedi *ἀπομαγδαλιὰς* cum Eustathio p. 1857, 17. 1887, 51. et Kuehnio in Poll. VI. 93. cf. Goettling Doctr. accent. p. 135. Vulgo *ἀπομαγδαλίας*, quod habetur etiam Athen. IV. p. 149. C.

LXXVIII. Athen. VI. p. 234. D. *τὸ δὲ τοῦ παρασίτου ὄνομα πάλαι μὲν ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν. Πολέμων γοῦν — ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων· ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ Στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος εἴρηκε — γράψας περὶ παρασίτων φησὶν οὕτως· „τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον. ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου· λέγεται δ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως· „τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. οἱ δὲ παράσιτοι ἔστων ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ τὰ πάτρια. ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν, εἰσαγέτω καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον.“*

ἐν δὲ τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν οὕτως γέγραπται· „καὶ τὼ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν.“

*ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε· „ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν οἱ ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ ἐπὶ Διφίλης ἱερείας. * * παράσιτοι Ἐπίλυκος Στρατίου Γαργήττιος, Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς, Χαρῖνος Δημοχάρους Γαργήττιος.“*

κἀν τοῖς τοῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται· „θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους.“

Κλέαρχος δ' ὁ Σολεύς, εἷς δ' οὗτος τῶν Ἀριστοτέλους ἐστὶ μαθητῶν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν βίων τάδε γράφει· „ἔτι δὲ παράσιτον νῦν μὲν τὸν ἄτιμον, τότε δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένον. ἐν γοῦν τοῖς παλαιοῖς νόμοις αἱ πλεῖσται τῶν πόλεων ἔτι καὶ τήμερον ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς συγκαταλέγουσι παρασίτους.“

Κλείδημος δ' ἐν τῇ Ἀτθίδι φησί· „καὶ παράσιτοι δ' ἠρέθησαν τῷ Ἡρακλεῖ.“

καὶ Θεμίσων δ' ἐν Παλληνίδι· „ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα καὶ τοὺς παρασίτους, οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται, καὶ τοὺς γέροντας καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις.“

— — κἀν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· „τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις.“

*Κράτης δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου φησί· „καὶ ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα, πρότερον δ' ἐκαλοῦντο παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι καὶ ἦν ἀρχεῖόν τι παρασίτων. διὸ καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ γέγραπται ταυτί· „ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε ἀρχόντων ὅπως ἂν καθιστῶνται καὶ τοὺς παρασίτους ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται κατὰ τὰ γεγραμμένα. * * * τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν * * * ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν. * * * δαίνυσθαί τε τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὰ πάτρια. τὸν δ' ἑκτέα παρέχειν εἰς τὰ ἀρχεῖα * * * τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους ἀπὸ τῆς ἐκλογῆς τῶν κριθῶν.“ ὅτι δὲ καὶ ἀρχεῖον ἦν αὐτῶν ἐν τῷ αὐτῷ νόμῳ τάδε γέγραπται· „εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεώ, τοῦ ἀρχείου τοῦ παρασιτείου καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς διδόναι τὸ ἀργύριον, ὁπόσον ἂν οἱ τῶν ἱερέων ἐπισκευασταὶ μισθώσωσιν.“ ἐκ τούτου δῆλόν ἐστιν ὅτι ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐτίθεσαν τοῦ ἱεροῦ σίτου οἱ παράσιτοι, τοῦτο παρασίτειον προσηγορεύετο.“*

ταὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων, καὶ Διόδωρος ὁ Σινωπεὺς κωμῳδιοποιὸς ἐν Ἐπικλήρῳ. — Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ „παράσιτοι, φησί, τοῖς μὲν ἄρχουσι δύο καθ' ἕκαστον ἦσαν, τοῖς δὲ πολεμάρχοις εἷς. τεταγμένα δ' ἐλάμβανον παρ' ἄλλων τέ τινων καὶ τῶν ἁλιέων ὄψον.“

Haec omnia persuasum habeo Polemonis esse, et dubito an doctissimam insuper quae subsequitur de parasiti notione immutata (debetur haec immutatio comicis, quorum locos abunde multos habes p. 235. F. sqq., inprimis Epicharmo, cf. Grysar Dor. com. p. 252 sqq.) commentationem eidem Polemoni vindicandam putem; certe paucis, quae Athenaeus interpolasse videtur, subductis nihil in ea inest quod inferiorem aetatem indicet. Et est altera illa pars cum priore quodam

modo coniuncta tum ipsa re tum hisce, quae sequuntur post verba *Διόδωρος — ἐν Ἐπικλήρῳ* p. 235. E, a me omissa: *οὗ τὸ μαρτύριον ὀλίγον ὕστερον παραθήσομαι*, quibus respondet ipsum testimonium Diodori infra p. 239 sqq. appositum. Verum haec utut sint, longum erat omnia persequi, ut acquiescendum putaverimus in iis, quae de prisca parasitorum nominis significatione disputantur. Illustratur haec tum ex inscriptionibus tum ex scriptorum testimoniis. Scriptores laudantur 1) Clearchus Solensis, 2) Clidemus s. Clitodemus, de quo cf. Siebelis Phanodem. etc. frgm. p. XII sq. 3) Themiso, de quo non constat, 4) Crates Atheniensis, 5) Philochorus, qui paullo antiquior Polemone erat, quum Crates Atheniensis antiquior Philochoro esset, v. Schol. Soph. Oed. Col. v. 100, ubi Philochorus contra Cratetem disputat; cf. Demet. et Perseph. p. 61. De fragm. Philoch. v. Siebel. p. 83 sq. 6) Diodorus comicus, 7) Aristoteles in Politia *Ἀθηναίων*, nam ita scribendum esse pro *Μεθωναίων* vidit Grasshof in Jahn. Annal. X. 2. p. 158. Ceterum v. Neumann. frgm. Aristot. Polit. p. 139. Inscriptionum tituli citantur hi: 1) psephisma Alcibiadis de iure civium spuriorum, quod asservabatur in Cynosarge, ubi illi gymnasium suum habebant, cf. Plutarch. Themist. c. 1. ibique Sintenis; adde Bachm. Anecd. p. 210, 30 sq. 285, 11 sq., ubi pro *Δίδυμος* scrib. *Δίομος*; 2) lex Solonis de Deliastis; 3) inscriptio donariorum *ἐν τῇ Παλληνίδι* dedicatorum. *ἡ Παλληνὶς* a Casaubono accipitur pro porticu Pallenide (*Παλληνὶς* sc. *στοά*), a demo Pallene denominata; neque desunt exempla locorum in urbe a demis nominatorum. Contra disputat Schweighaeuserus, qui cogitat de Minerva Pallenensi (Herod. I. 62. Eurip. Heraclid. v. 849.) et *τὴν Παλληνίδα* brevitatis causa ipsum templum huius deae dictum putat, quod vereor ut idoneis locis probari queat; nam qui a Schweighaeusero laudantur (Eurip. Heracl. v. 1031. Polyaen. Strateg. I. 21, 1.), ex his id quod vult haudquaquam consequitur. Mihi scribendum videtur *ἐν δὲ Παλληνίδος* i. e. in templo Minervae Pallenensis, nisi dixeris subaudiendum esse substantivum *χώρα*, ut *ἐν Παλληνίδι* sc. *χώρᾳ* fuerit i. q. *ἐν Παλλήνῃ*, apud Pallenenses. De templo illo Minervae

sermonem esse omnino verisimile est, neque de hoc non scripsisse videtur Themiso *ἐν Παλληνίδι*, qui titulus, ni fallor, decurtatus est ex pleniore formula *ἐν τῷ περὶ τῆς Παλληνίδος*, velut Polemo citatur *ἐν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ* (frgm. LI.) i. e. *ἐν τῷ περὶ τῆς Ἐρ. ἐπιδ.*, et *ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρῳ* (frgm. LXXXVI.) i. e. *ἐν τῷ περὶ τοῦ π. Ξ. κ.* 4) Excerpta ex lege regia; nam unam eandemque legem esse puto, quam citant Polemo et Crates et quam usurpavit Themiso *ἐν τῇ Παλληνίδι*: nam etiam ea, quae ab Themisone apponuntur, fragmentum legis regiae esse apparet ex Poll. III. 39. *ἡ ἐκ παρθενίας τινὶ γεγαμημένη πρωτόποσις ἐκαλεῖτο. γέγραπται δὲ τοὔνομα ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ.* — *ὁ βασιλεὺς* est archon rex, quem constat inter alia etiam sacrorum curam habuisse. Tulit igitur de his etiam leges; nam apparet excerpta ad sacra quaedam pertinere, publice ut videtur instauranda. Iubetur templi instauratio (*ἐπισκευή*), itemque Parasitei aliarumque aedium sacrarum: *εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεώ, τοῦ ἀρχείου τοῦ παρασιτείου καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς κτλ.* Cogitaveris de sacris Apollinis Acharnensis, cuius mentio iniicitur hisce: *τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους κτλ.* Mihi tamen verisimilius sermonem esse de sacris Minervae Pallenensis a Pallenensibus et Acharnensibus, qui illis vicini erant, iunctim instaurandis; nam in huius deae templo credibile est Themisonem investigasse memorabile illud legis regiae documentum, cuius usurpatio deinde opinor transiit ad ceteros grammaticos, nominatim ad Cratetem, qui eandem tractavit in opere de dialecto Attica, ex quo suos rursus rivulos duxisse videntur ii, quos sequitur Poll. III. 39. (v. supra) et VI. 35. *καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνῃσι παρασίτειον καλούμενον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως ἔστιν εὑρεῖν*, ubi cave illud *Ἀθήνῃσι* de ipsa urbe Athenarum intelligas; adde Phot. p. 389. (cf. Hesych. v. *παράσιτος*, qui est ex Photio corrigendus): *παράσιτοι, οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι. κεῖται ἡ λέξις ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ.* — Et ad sacrorum aliquorum institutionem haec legis regiae fragmenta referenda esse vidit etiam Petitus Legg. Att. I. tit. 2; sed caecutit hic in eo, quod ad Panathenaeorum celebrationem ea pertinere arbitratur. Magis etiam de iisdem

fragmentis erravit Schweighaeuserus, cuius iudicium in talibus minus subactum esse solet; qui universa legis ratione perperam iudicata lectionibusque violenter mutatis nescio quid inde officiorum regis enucleat, quem affirmat cavere debuisse ut senes de republica bene meriti et dignae matronae *πρωτοπόσεις* e diversis pagis in numerum parasitorum legantur, eaque de re ut archontes creentur etc. Ceterum de legibus archontis regis equidem legere non memini nisi hoc loco, nisi forte apud Xenophontem Oecon. XIV. 6, 7. *βασιλικοὺς νόμους*, qui opponuntur legibus Solonis et Draconis, non regis Persarum leges, sed archontis regis dici putes, quod tamen minus probabile. 5) Excerptum ex scito, quod asservabatur in Anaceo. Repetuntur eadem ex Athenaeo ab Eustathio p. 1119, 8.

Iam superest ut dicam de singulis. De testimoniis Heraclidis Mopseatae et Herodici Cratetei v. cap. I. §. 8. et 9. In psephismate Alcibiadis *ἕστων ἐκ τῶν νόθων* (Codd. *ἕνα τῶν*) edidit Meier de bonis damnat. p. 75 sq., ubi vide de iure nothorum in universum. Parasitos Herculis, e nothis sumtos, non cum sacerdotibus confundendos esse, quum nothi ad publica sacerdotia non admitterentur, monet Schoemann. Antiqq. p. 258. Omnino parasiti *ἱερὰ ὑπηρεσία* erant, ut ait Pollux VI. 35, non *ἱερεῖς*, sacerdotum in sacris comparandis et faciendis administri, quibus nomen inde datum erat, quod cum sacerdotibus vel magistratibus epulabantur, unde simile ministerium Romanis audiebant *epulones*, cf. Casaub. ad Ath. l. c., van Dale Dissertatt. antiqq. p. 160 sqq. — Quod ad fragmentum illud cyrbium attinet, memento cyrbes fuisse de rebus sacris, v. not. ad frgm. XLVIII. Deliastae nominabantur *οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί*, cf. Meier de gentil. Att. p. 51, de theoriis (in libello, quo universitati Gottingensi sacra saecularia gratulata est universitas Halensis) p. XXII. Ad vocem *μυστηριώτιδος* Casaubonus supplendum censet vel *ἐφημερίας*, ut est ap. Lucam Evang. I. 5, vel *μερίδος* vel *σπονδῆς*, veluti scribat Pollux I. 36. *ὀνομάζονται μυστηριώτιδες σπονδαί.* Dicuntur omnino induciae Eleusiniae (*σπονδαὶ μυστηριώτιδες* s. *μυστικαί*, cf. Lobeck Aglaoph. p. 213); sed

quum induciae istae sacrae non dicantur nisi plurali σπονδαί, patet aut scribendum fuisse κήρυκες τῶν μυστηριωτίδων, velut Pollux VII. 103. scribit κήρυξ ὁ τῶν μυστικῶν et Xenoph. Hell. II. 4, 20. ὁ τῶν μυστικῶν κήρυξ, aut aliam vocem supplendam esse, credo κηρυκείας, ut τὸ γένος τῶν κηρύκων τὸ τῆς μυστηριώτιδος κηρυκείας sit genus sacrum Eleusinium, cf. Meier de gentil. Att. p. 43. Ipsa verba legis videntur particula esse catalogi eorum, qui in epulis sacris in Delio habitis publicis sumtibus coenabant, inter quos erant etiam ceryces Eleusinii. Epulae autem illae sacrae coniunctae erant opinor cum sacrificiis in Delio Marathonio quum theoria Delum mitteretur rite peractis; cf. Philoch. ap. Schol. Oed. Col. 1047, quem locum emendavit Meier de theoriis p. X. (minus probabiliter eundem locum tractavit Bergk de reliq. com. Att. antiq. p. 39 sq.). — Inscriptio Pallenensis aliquid vitii contraxerat. Edebatur ἐπὶ δὲ φυλῆς ἱερείας et deinde ἐπὶ λυκοστράτου Γαργήττιος. Petit. φιάλης ἱερᾶς. Casaub. ἐπὶ δ' Ἐριφύλης ἱερείας. Heringa Observatt. c. 32. Ἐριφύλης ἱερείας et Ἐπίλυκος Στρατίου. Nos cum Meiero de gentil. Att. p. 43. ἐπὶ Διφίλης ἱερείας, qui deinde legendum censet Ἐπίλυκος Λυκοστράτου. Quod nos dedimus nomen Στραττίου vere atticum est, v. Athen. p. 244. D. E. all. Notum est donariorum inscriptiones sacerdotum nominibus consignari solitas esse, cf. Corp. Inscr. no. 461. ἐπὶ ἱερείας Φιλοστράτης Θέμιδι Σώστρατος ἀνέθηκεν, no. 462. ἐπὶ ἱερείας Καλλιστοῦς Νεμέσει Σώστρατος ἀνέθηκεν. In inscriptione Pallenensi patet cogitandum esse de sacerdote Minervae Pallenensis. Ante parasitorum nomina videntur deesse nomina archontum. ἄρχοντες non civilis magistratus sunt, verum i. q. ἐπιμεληταὶ sc. τῶν ἱερῶν. — Fragmentum legis regiae patet a Polemone ex Cratete depromtum esse. — In loco Clearchi ἄτιμον pro vulg. ἕτοιμον dedi cum Piers. ad Moer. p. 322. et Coray. in nott. msst. ap. Schweigh. animadv. in Athen. III. p. 360. Ceterum Clearchus non de sacerdotalibus illis epulonibus, de quibus sunt cetera testimonia, loqui videtur, verum de iis, qui vulgo dicebantur ἀείσιτοι, de quibus loquitur etiam Aristoteles in loco infra subiuncto, cf. Thom. Mag. p. 280, 8. Ritschl., Moeris p. 322. Piers.

παρασίτους, τοὺς δημοσίᾳ σιτουμένους ἐν τῷ πρυτανείῳ Ἀττικοί, quales erant praeter prytanes legatosque peregrinos sacerdotes Eleusinii, alii, cf. Corp. Inscr. no. 190 sqq. Westermann de publ. Ath. honor. (Lips. 1830.) p. 45 sqq. — In fragmento legis regiae, quod servavit Themiso, *ὁ βασιλεὺς ὁ ἀεὶ βασιλεύων* est archon rex singulis annis denuo sorte captus. Eum oportet *ἐπιμελεῖσθαι* sc. *τῶν ἱερῶν*, praeterque eum parasitos, *οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται* sc. *οἱ ἄρχοντες*: nam ab his parasiti capiebantur, cf. fragm. Cratetis. *ἐκ τῶν δήμων*, Pallenensium opinor atque Acharnensium aliorumque fortasse insuper vicinorum. *γυνὴ πρωτόποσις* est *ἡ ἐκ παρθενίας τινὶ γεγαμημένη*, Poll. III. 39, ea cui *πρῶτος πόσις* erat h. e. primus isque legitimus maritus, cf. Sophocl. Trachin. v. 550, *ἡ οὐ πλέον ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐς πεῖραν ἀφιγμένη*, ut ait Pausanias VII. 25, 8. — In inscriptione ex Anaceo excitata *βοῦς ἡγεμών* quid sit illustravit Boeckh Corp. Inscr. Vol. I. p. 811. a, cf. praef. p. VIII. not. a. Patet de eo ex loco Xenophontis Hell. VI. 4, 29. *ἐκήρυξε* (Iason Pythia celebraturus) *δὲ καὶ νικητήριον χρυσοῦν στέφανον ἔσεσθαι, εἴ τις τῶν πόλεων βοῦν ἡγεμόνα κάλλιστον τῷ θεῷ θρέψειε.* Idem bos in Corp. Inscr. no. 1688, 32. dicitur Bos Heros, *τοῦ βοὸς τιμὰ τοῦ ἥρωος ἑκατὸν στατῆρες Αἰγιναῖοι.* — Apud Cratetem *ἱερὸς σῖτος* est is, quo utebantur in sacris faciendis, qui partim in agris sacris colebatur (Demet. et Perseph. p. 293.), partim collectu apud eos, ad quos sacra aliqua facienda pertinebant (nostro loco Pallenenses, Acharnenses), facto comparabatur, cui collectui (*ἐκλογή*) praeerant parasiti. Ex sequentibus cernis archontem regem *τοὺς ἄρχοντας* sc. *τῶν ἱερῶν* creandos curasse, deinde ab his parasitos creatos esse. Post *τὰ γεγραμμένα* indicavi lacunam, quia desiderantur quae respondeant *τῷ τε* in verbis *τῶν τε ἀρχόντων.* Factum est in his excerptis quod fieri solet in locis excerpendis, ut singulis quibusdam rebus vel vocibus intenti ea tantum exscribamus, quae cum iis proxime coniuncta sunt, cetera negligamus. Ita etiam in sequentibus post verba *ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν* planum est excidisse nonnulla, fortasse haec: *βοῦς, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐκλέγειν κριθάς, καὶ παρέχειν ἐκ τοῦ μέρους κτλ.* *μέρος* dicitur ni fallor ea regio, quae unicuique parasito ad

frumenta sacra inde exigenda tributa erat. Ex sua quisque regione sextarium colligere debebat, qui deinde deponebatur *ἐν τοῖς ἀρχείοις*, h. e. in curiis parasitorum, *ἐν τοῖς παρασιτείοις*. — Indicavi lacunam etiam post *ἑκτέα κριθῶν*: nam quod sequitur *δαίνυσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους κτλ.* et *τὸν δ' ἑκτέα παρέχειν*, inde cernis sermonem post *ἑκτέα κριθῶν* rediisse ad boves illos, quorum mentio etiam in prioribus excidit, sacrificandos et comedendos; in quibus epulis intererant nonnisi *οἱ ὄντες Ἀθηναῖοι* i. e. cives genuini, oppositi *τοῖς νόθοις*. Exciderunt haec: *καὶ τοὺς μὲν βοῦς ἐπὶ θυσίαν εἶναι· δαίνυσθαί τε κτλ.*, vel similia. Deinde post *ἀρχεῖα* excidisse aliquid quum per se manifestum sit, tum arguunt ea quae praemiserat Polemo, *θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους*, siquidem haec ex eadem lege excerpta sunt, quod mihi non est dubium. Videant quid rei sit sapientes. De mea sententia utut sit, hoc certum habeo, priores interpretes errasse ad unum omnes, qui excidisse aliquid non animadvertentes mirum quantum et de universo fragmento et de singulis vocabulis allucinati sint. Ita Casaubonus *βουκολίαν* suspicatur dici „vel iugerum vel alium agri modum, ex quo fas fuit parasito cuique hordei hecteum exigere;“ Petitus Miscell. VI. 2. legendum esse censet *ἐκτὸς βουκολίας*, quod interpretatur „sine dolo malo, bona fide,“ Hesychium testatus, qui *βουκολητὴν* explicat esse i. q. *ἀπατεῶνα* et verbum *βουκολῶ* i. q. *ἀπατῶ*, *βουκολοῦντες* i. q. *ἀπατῶντες*. Aliam viam ingressus est Kuehnius ad Poll. VIII. 111, ubi memoratur locus propter porticum regiam, *τὸ βουκολεῖον* dictus: hoc ille *βουκολεῖον* suspicatur domum sacram fuisse (similiter ante eum Meursius, Cuperus et van Dale, v. van Dale Dissertt. antiq. p. 216.), in quam parasiti Athenienses recondiderint quicquid collegerint singuli *ἐκ τῆς βουκολίας* i. e. *ἀγροικίας*, ex agris sibi attributis. Haec memorasse sufficiat: *βουκολίαν* et *βουκόλιον* constat esse nihil aliud nisi armentum boum. — Transeo ad ea quae restant. De Apolline Acharnensium v. Paus. I. 31, 3. *ἐπισκευασταὶ* sunt qui habent curam *τῆς ἐπισκευῆς*; sed nescio quid significent *οἱ ἐπισκευασταὶ τῶν ἱερέων*. Videtur scribendum *τῶν ἱερῶν*, ut *οἱ τῶν ἱερῶν ἐπισκευασταὶ* sint iidem atque *οἱ ἐπιστάται τῶν*

δημοσίων ἔργων, operum publicorum curatores, qui templis etiam exstruendis vel instaurandis praeficiebantur, cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. I. p. 218. Corp. Inscr. Vol. I. p. 271. b.

Totum locum ut ad epistolam *περὶ ἀδόξων ὀνομάτων* revocandum putarem moverunt me haec, quae ipsi dissertationi praefatur Polemo: *τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι κτλ.*

IV. Commentationes variae.

1. *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων.*

Ἐπιγράμματα plerumque dicebantur quae versibus conceptae erant inscriptiones, neque tamen non quae pedestri oratione, v. Suid. v. *ἐπίγραμμα· πάντα ἐπιγραφόμενά τισι, κἂν μὴ ἐν μέτροις εἰρημένα, ἐπιγράμματα λέγεται*: deinde non solum inscriptiones, verum quicquid versibus vel prosa oratione conceptum erat, cf. Bekk. Anecd. p. 260, 7. *οἱ πεζοὶ καὶ ἔμμετροι λόγοι ἐπιγράμματα καλοῦνται*, coll. Plutarch. adv. Stoicos c. 14. *ὥσπερ γὰρ αἱ κωμῳδίαι, φησίν* (Chrysippus), *ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μέν ἐστι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προστίθησιν κτλ.*, inprimis illud poesis genus, quod nunc peculiariter vocamus epigrammata. Iam Polemo procul dubio de inscriptionibus egit; sed posset, si solus titulus exstaret, dubitari utrasne inscriptiones dixerit, utrum titulos publicos an versus sepulcrales aliisve vitae privatae monimentis insculptos. Et videtur Boeckhius quidem non solum *Ἀττικὰ ἐπιγράμματα* Philochori, sed etiam haec nostri pro titulis publicis habuisse, v. Corp. Inscr. Vol. I. praef. p. VIII, über den Plan der Atthis des Philoch. p. 3; sed exstant fragmenta, unde satis certa coniectura cognoscatur, *ἔμμετρα* tantum *ἐπιγράμματα*, eaque peculiariter dicta et sepulcralia maxime in hanc collectionem recepta fuisse; et cogitavit de talibus epigrammatis etiam Iacobs Animadv. in Anthol. praef. init. Excitaverat ea Polemo singulas urbes obeundo, et videtur etiam in ipso opere *κατὰ πόλεις* ea tractasse, quod indicatur tum ipso titulo, tum iis quae fragmento LXXX. praefatur Athenaeus: *Πολέμων ἐν τῷ π. τῶν κατὰ*

πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα, h. e. in ea parte operis, quae erat περὶ τῶν κατ' Ἤλιδα ἐπιγραμμάτων. De argumento eorum, quae ex hac collectione exstant, epigrammatum mirum omnia versari in laudibus potatorum, quas affectare gloriosum ea aetate videbatur non tam ipsis Graecis (nam erant hi et ingeniosiores quam qui ex potando gloriolam sibi quaererent, et ipsa educatione moderatiores, v. Welcker ad Theogn. p. 16 sq., Bach ad Crit. p. 40 sq.) quam Macedonibus aliisque, quae cum Graecis mixtae erant dominiumque penes eos habebant, nationibus semibarbaris.

LXXIX. Athen. X. p. 436. D. ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀρκαδίων (ἄδηλον δ' εἰ ὁ Φιλίππῳ διεχθρεύσας), ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ὅπερ ἀνέγραψε Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων·

τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος
ἄστεος ὤρθωσαν τᾷδε παρ' ἀτραπιτῷ
υἷες Δόρκων καὶ Χαρμύλος. ἔφθιτο δ' ὠνήρ,
ἄνθρωπ', ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

Ἐρασίξενον δέ τινα πεπωκέναι πλεῖστόν φησι τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα·

τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἐφεξῆς
ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδών, ὥς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. οὗτος δὲ καὶ Χώνη ἐπεκαλεῖτο· ἐντιθέμενος γὰρ τῷ στόματι χώνην ἀπαύστως ἔπινεν ἐπιχεομένου οἴνου, ὅθεν καὶ Χώνη ἐπεκλήθη, ὥς φησι Πολέμων.

Prius epigramma, de quo cf. Eustath. p. 644, 51. 746, 58, in Append. Anthol. receptum vol. II. p. 871. Iacobs; alterum habes in Anthol. Palatina I. p. 444, ubi Callimacho tribuitur, cf. Callim. frgm. p. 304. Ernest. De varr. lectt. v. Iacobs Anthol. Vol. III. p. 334. 959. Vox ζωροποτεῖν, quam tentavit Schneider Lex. gr. v. χανδόν, vindicatur loco Callimachi ap. Athen. XI. p. 477. C. χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν, quo loco vulgatis patrocinatur Iacobsius. De adiectivo χανδὸς dubitandum videtur Lobeckio Paralipom. p. 149, qui

quum Schneiderus scribendum putasset *ἐκ ζωρῆς χανδοποτῶν*, ipse corrigendum censet *εὐχανδεῖς ζωροποτῶν κύλικας*. — De nomine Erasixeni discrepant libri, sed idem est apud Aelian. Var. Hist. II. 41. cf. XII. 26, ubi eadem quae apud Athenaeum proponuntur potatorum exempla. — Diotimus Atheniensis *Χώνη* dictus, ut Philonides Tarentinus (de quo v. Dionys. Hal. Exc. Vat. p. 504. Mai.) *Κοτύλη*.

LXXX. Athen. X. p. 442. E. *Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα·*

Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται· οἷος ἑκάστου
οἶκος τοίη δὴ καὶ συνάπασα πόλις.

Vox *λέγων* addita ex cod. Venet. Idem carmen habes in Append. Anthol. II. p. 820. vol. III. p. 931.

2. *περὶ ποταμῶν, περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν, περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν.*

Opus *περὶ ποταμῶν* citatur a Schol. Eurip. Med. v. 827. (frgm. LXXXI.). Cui titulo subiectum fuisse patet alterum: *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν*, qui laudatur apud Athen. VII. p. 307. B. (frgm. LXXXII.). Denique plenius idem effertur *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν* a Macrobio Saturn. V. 19. (frgm. LXXXIII.). Et crediderim hunc commentarium omnino non tam de fluviis fuisse h. e. de fluviorum originibus, cursibus omnique natura, quod argumentum geographorum magis quam periegetarum erat, quam de iis fluviis, qui memorabile aliquid et mirabile habebant, *περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν*, quo titulo simile opus inscripserat Philostephanus, v. Athen. VIII. p. 331. E; cuius indolis est etiam Plutarchi, quod sub hoc nomine circumfertur, opusculum *περὶ ποταμῶν*. De aliis, qui idem argumentum tractaverant, scriptoribus v. Ebert Dissertatt. Sicul. p. 165.

LXXXI. Schol. Eurip. Med. v. 827. *τοῦ καλλ. Κηφισοῦ*] *νῦν τοῦ ἐν Ἀττικῇ μνημονεύει. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος ὁμώνυμος ἐν Βοιωτίᾳ. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, καθά φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ ποτα-*

μῶν, γράφων οὕτως· „ἐν Ἀθήνησί τε Κηφισσὸς καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Ἄργει ....“

Cetera desunt. Complementum petas ex Strabone, qui nostrum fortasse in his exscripsit, IX. p. 286. Tauchn. ἔστι δὲ Κηφισσὸς ὅ τε Φωκικὸς καὶ ὁ Ἀθήνησι καὶ ὁ ἐν Σαλαμῖνι· τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος ὁ ἐν Σικυῶνι καὶ ὁ ἐν Σκύρῳ· ἕκτος δὲ ὁ ἐν Ἄργει, τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου· ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ πηγή ἐστι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι Κηφισσόν.

LXXXII. Athen. VII. p. 307. B. καλοῦνται δὲ οἱ κεστρεῖς ὑπό τινων πλῶτες, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν. καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Μούσαις οὕτως αὐτοὺς ὀνομάζει·

Αἰολίαι πλῶτές τε κυνόγλωσσοί τ', ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

Cf. Hesych. v. πλῶτες, Eustath. p. 1177, 63. πλωταὶ omnes pisces dicuntur, a natando, ut πλωτὴ νῆσος, similia; cf. Schweigh. ad Athen. l. c. Epicharmi locus haud dubie Polemoni debetur.

LXXXIII. Macrob. Saturn. V. 19. Polemon vero in libro, qui inscribitur περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν sic ait: οἱ δὲ Παλικοὶ προσαγορευόμενοι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόχθονες θεοὶ νομίζονται. ὑπάρχουσι δὲ τούτων * ἀδελφοὶ κρατῆρες χαμαίζηλοι. προσιέναι δὲ ἁγιστεύοντας χρὴ πρὸς αὐτοὺς ἀπό τε παντὸς ἁγνοῦ καὶ συνουσίας, ἔτι δὲ καί τινων ἐδεσμάτων. φέρεται δὲ ἀπ' αὐτῶν ὀσμὴ βαρεῖα θείου καὶ τοῖς πλησίον ἱσταμένοις καρηβάρησιν ἐμποιοῦσα δεινήν. τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν καὶ τὴν χρόαν ὁμοιότατον χαμαὶ ῥύπῳ λευκῷ· φέρεται δὲ κολπούμενόν τε καὶ παφλάζον, οἷαί εἰσιν αἱ δῖναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων. φασὶ δ' εἶναι καὶ τὸ βάθος ἀπέραντον τῶν κρατήρων τούτων, ὥστε καὶ βοῦς εἰσπεσόντας ἠφανίσθαι καὶ ζεῦγος ὁρικὸν ἐλαυνόμενον, ἔτι δὲ φορβάδας ἐναλλομένας. ὅρκος δέ ἐστι τοῖς Σικελιώταις μέγιστος καθηραμένων τῶν προκληθέντων· οἱ δὲ ὁρκωταὶ γραμμάτιον ἔχοντες ἀγορεύουσι τοῖς ὁρκουμένοις περὶ ὧν ἀπαιτήσουσι τὸν ὅρκον· ὁ δὲ ὁρκούμενος θαλλὸν κραδαίνων, ἐστεμμένος, ἄζωστος καὶ μονοχίτων, ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος, ἐξ ὑποβολῆς δίεισι τὸν ὅρκον. καὶ ἂν μὲν ἐμπεδῶσι τοὺς ῥηθέντας ὅρκους, ἀσινὴς ἄπεισιν οἴκαδε· παραβάτης δὲ γενόμενος τῶν θεῶν ἐμποδὼν τελευτᾷ· τούτων δὲ γινομένων ἐγγυητὰς ὑπισχνοῦνται καταστήσειν τοῖς ἱερεῦσιν, ἐάν τι νεαρὸν γένηται

κάθαρσιν ὀφλισκάνουσι, τοὺς περιγινομένους. περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικῖνοι πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων Παλικήν.

Eundem locum tractavit G. Hermann in diss. de Aeschyli Aetnaeis (a. 1837.) p. 6 sqq. Libb. *Παλίκοι* et infra *Παλικεινοὶ πόλιν, Παλικεινήν.* Correxi partim ex Theognosto p. 60. ed. Cramer. (Anecd. Oxon. Vol. II.): *καὶ τὸ Παλικὸς ὀξύτονον καὶ αὐτὸ πόλις Σικελική, ἐφ' ᾗ οἱ ἀπυθμένες κρατῆρες,* cf. Arcad. p. 52, 3, partim ex Steph. B. s. v. *Παλική*: *ὁ πολίτης Παλικῖνος, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκῖνος.* Hermannus falso dedit *Παλικηνοί.* Deinde libb. vulg. *ὑπάρχουσι δὲ τούτων ἀδελφοί.* Editio Camerarii a. 1535, quae prima habet haec Graeca, relicto vacuo spatio sic: *ὑπάρχουσι δὲ τούτων Ἀδελφοί*, unde ego lacunam indicandam putavi. Hermannus edidit *τούτων δύο ἀδελφοί.* Ad sensum nil deest, v. infra. Deinde in verbis *χρὴ πρὸς αὐτούς, πρὸς* omittitur ab Hermanno, nescio an etiam in edit. Camerarii, quam ille sequitur, ego inspicere non potui. Adest *πρὸς* in ed. Bip. — Paullo inferius Camerar. et Vulg. *ἔν τε καινῶν ἐνδυμάτων.* Nos *ἔτι δὲ καί τινων ἐδεσμάτων* ex ms. Thuani cum Gronovio, quae lectio Hermanno ingeniosae emendationis speciem habere videtur, quare ipse edidit *ἔν τε καινῷ ἐνδύματι.* — In sequentibus Herm. ex edit. Camer. ut videtur *ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν καί,* omisso *αὐτῶν*, et *χαμαιρύπῳ*, uno vocabulo, vitiose. — In extremis pro *ἐμπεδῶσι* scribendum dixeris *ἐμπεδώσῃ.*

Laudatur locus in docta de loco Virgilii (Aen. IX. 584.) disputatione, ubi et Aeschyli versus quatuor, de quibus nunc consulendus Hermannus l. c., et Calliae historici (cf. Ebert Dissert. Sic. p. 152. Goeller de Orig. Syracus. p. 250.) et Xenagorae denique de Palicis testimonia excitantur. Ex recentioribus de loci natura cf. inprimis Cluverius in Sicilia antiq. p. 341 sqq., de ipsis Palicis Heyne ad Aen. IX. 585. et Welcker in Annal. Instituti Archaeol. T. II. fasc. 2. 3. p. 245 sqq.: qui quum duorum vasorum picturas consimiles ad Palicos retulisset cupidiusque in ea re demonstranda quam circumspecte versatus esset, luculenter nunc refutatus est ab Hermanno l. c. p. 9 sqq. — Autochthones Palici nominabantur eodem modo quo Tityus, ad cuius fabulae imitationem Palicorum historia ex parte ficta videtur. Ferebantur enim

esse filii Thaliae Vulcani filiae et Iovis, quem, quum Thaliam comprimeret, in vulturem mutatum fuisse memorat Homilia Clementina V. c. 13. p. 665 sqq. coll. Recognitionum libro X. c. 22, quae testimonia promit Hermannus. De ipsa Thalia cf. Panofka in dissertatione Zeus u. Aegina inscripta p. 16 sq. Palici nominabantur *ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι*, ut ait Aeschylus in versibus illis ex Aetnaeis excerptis, *πάλιν γὰρ ἵκουσ' ἐκ σκότου τόδ' ἐς φάος*. Etenim Thalia nympha, quum gravidam se compressu Iovis sentiret, metu Iunonis optavisse dicitur ut terra sibi dehisceret; deinde ubi tempus venerat maturitatis infantium, terram reclusam esse ferebant geminosque Palicos de alvo Thaliae progressos ex terra emersisse. Perperam Steph. B. ex Sileno (de quo cf. Demet. et Perseph. p. 181, 35.): *κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικοὺς διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἱκέσθαι.* Idem Silenus discrepat etiam de genere Palicorum; vult enim eos ex Aetna, Oceani filia, et Vulcano procreatos esse, et sequitur eum Servius ad Virg. Aen. IX. 584. Contra alii non Iovem, sed Hadranum, qui teste Plutarcho in vita Timoleontis c. 12. per totam Siciliam pro deo colebatur (cf. Marquardt Cyzicus p. 108 sq.), patrem Palicorum fuisse memorant, velut Hesychius et Favorinus v. *Παλικοί*, ex quibus Hermanno in Xenagorae fragmento apud Macrobium l. c. post Polemonis locum laudato scribendum videtur: *καὶ Σικελῶν τῆς γῆς ἀφορούσης ἔθυσαν Ἁδρανῷ τινι ἥρωι προστάξαντος αὐτοῖς τοῦ ἐκ Παλικῶν χρηστηρίου κτλ.*, quum editio Camerarii inter *ἔθυσαν* et *τινι ἥρωι* habeat spatium vacuum. — Sed Palici inter deos habiti fanum habuere magnifice exornatum et oraculum; ipsi vero agrorum potissimum et nautarum curam habere putabantur; v. Diodor. Sic. XI. 89. Xenagorae fragm. l. c. Varro ap. Serv. l. c. Maximam vero in illo loco mirationem faciebant duo illi crateres, de quibus praeter nostrum et ceteros, quos modo laudavi, adeundi etiam Aristoteles Mirab. c. 57, Antigonus Caryst. c. 133. 175, Strabo VI. p. 38, Steph. B. s. v. Erant hi duo lacus, qui propter originem quasi gemellam *Fratres* appellabantur, unde vulgo accipiebantur pro fratribus Palicorum, v. Callias ap. Macrob. l. c. *οὗτοι δὲ κρατῆρες δύο εἰσίν, οὓς ἀδελφοὺς τῶν Παλικῶν οἱ*

Σικελιῶται νομίζουσιν: unde explicandum Polemonis illud: *ὑπάρχουσι δὲ τούτων ἀδελφοὶ κρατῆρες χαμαίζηλοι*, h. e. humiles, non alte se extollentes. Enimvero revera ipsi illi crateres Palici esse videntur et omnis horum historia ac denominatio a natura loci repetenda, id quod satis aperte indicat Aristoteles l. c. *ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος* (h. e. quae habet *δέκα κλίνας*: nam *κρήνη* ut plerumque dicitur et ipse fons et aedificium ad fontem positum, quale ad Palicorum crateras exstructum esse Ol. 36. memorat Antig. Caryst. l. c.). *αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἐξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸ καθίσταται.* Cf. Strabo l. c. *οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας τὸ ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα* (idem indicant Polemonis haec: *φέρεται δὲ κολπούμενόν τε καὶ παφλάζον*), *καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν.* De nomine *Δεῖλλοι* parum constat. Hermannus l. c. „quos Macrobius, inquit, Dellos vocat, etiam in Calliae testimonio *Δέλλους* scriptos praebet editio Camerarii. In posterioribus id ex H. Stephani editione *Δείλλους* scriptum, unde Meursius hoc nomine hiatum in Antigoni Carystii cap. 175. explere volebat, receptique *Δεῖλλοι* in Addenda editionis Parisinae Thesauri Stephaniani, adiecta volumini secundo. Unde vero derivatum dicam nomen Dellorum non habeo. Nam nec *δέλω*, ex quo Etymologus *δέλεαρ* et *δόλος* facta ait, huc videtur trahi posse et Hesychii *δέλλει*, *καλεῖ* corruptum esse indicant critici. Nisi abiecta una littera sic dicti sunt pro *Βδέλλοι*. Welckero quidem Aeolica lingua, qui *δειλοὶ* sint, malos significari placuit.“ Mihi vox barbara esse videtur, sive ex Aboriginum Siculorum sive ex Poenorum lingua derivandam dixeris. Certe malos eos appellatos esse vix crediderim, quum nil nisi bona ab iis repeterentur. De ceteris Diodorus cum nostro ferme consentit, qui etiam de iureiurando narrat deque suppliciis, quibus peierantes affecti sint divinitus immissis. Iurabant Siculi per crateras Palicorum velut Pheneatae per petroma quod vocabant, Paus. VIII. 15, 1, Corinthii per adytum Palaemonis, ib. II. 2, 1, ut quorum locorum summa religio et sanctus quidam horror esset. De *προκλήσει* ceteris-

que qui in iureiurando obtinebant ritibus v. Meier et Schoemann Att. Process p. 686 sqq. Antequam iurarent lustrari eos oportebat, ut qui ad sanctissimum Palicorum fanum accessuri erant. *ἀγορεύειν* de iis, qui sacramenti formulam praeibant, cum excellentia dictum, velut *ὁ νόμος ἀγορεύει*, similia. *ἐξ ὑποβολῆς διέναι ὅρκον* quid sit patet ex comparatione Aristophanis in Lysistr. v. 212: dicitur hoc de eo, qui iurisiurandi verba altero formulam suggerente, praeeunte (hic *ὑποβάλλει τὸν ὅρκον*) pronuntiat; cf. quae exploratissime post Boeckhium et Hermannum de his dictionibus disputavit Nitzschius de Histor. Hom. II. p. 133 sqq. — *ἁπτόμενος τοῦ κρατῆρος*: quippe fas erat in iure iurando id attingere per quod iuratur vel quod repraesentat eum deum idve sacrum, per quod iuratur. Ita ap. Aristoph. Lysistr. v. 212. *λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος*, et apud Alciphr. Ep. III. 69, ubi muliercula se per deas Eleusinias iuraturam promittit *τοῦ Καλλιχόρου ἁπτομένην*. — *θαλλὸς* est recens ramusculus inprimis olivae, qualem in supplicationibus in manibus gestare solebant; cf. Corp. Inscr. no. 2715. vs. 8 sqq. — De modo quo peierantes deprehenderint discrepat Aristoteles l. c. *ἔστι δὲ καὶ ὅρκος, ὃς ἅγιος αὐτόθι δοκεῖ εἶναι. ὅσα γὰρ ὄμνυσί τις γράψας εἰς πινακίδιον ἐμβάλλει εἰς τὸ ὕδωρ· ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει τὸ πινακίδιον, ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινακίδιον βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεσθαί φασι, τὸν δ' ἄνθρωπον πίμπρασθαι. διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν.* Etenim si quis peierasset in templo, hoc inquinatum esse videbatur et lustrandum erat. Peierans apud Polemonem *ἐμποδὼν τελευτᾷ* i. e. *ἐν μέσῳ*, in conspectu omnium, velut ap. Aristot. Eth. Nic. V. 8. *Χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται*, i. e. in media urbe, loco patenti. — Sequentia parum expedite posita sunt. *τούτων δὲ γενομένων* est *antequam iuratur*. *ἐάν τι νεαρὸν γένηται κάθαρσιν ὀφλισκάνουσι* vertendum videtur: si ipsi morte subita abrepti fuerint ipsorumque igitur sumtibus templum lustrandum foret. Quamquam ita absonum quod scripsit *νεαρὸν γένηται κάθαρσιν ὀφλισκάνουσι*, ut haec, de qua Polemo loquitur, *κάθαρσις* non ad lustrationem templi, sed ad *προκληθέντας* lustrandos, de qua re supra narratum erat, revocanda videatur.

Credo ego rationem rei esse hanc: sacerdotes eas res eaque utensilia, quae ad sacrificandum lustrandumque opus erant, ex sua penu suppeditaverint, ut postea, ubi lis diremta foret, eius qui litem perdiderit sumtibus ἡ κάθαρσις sacerdotibus compensanda fuerit. De vadimoniis apud Graecos v. Meier et Schoem. Att. Proc. p. 520. Urbem Palicem a Ducetio Siculorum principe aedificatam, deinde mox dirutam esse et ad suum usque tempus desertam mansisse memorat Diod. XI. 88. 90.

3. περὶ θαυμασίων.

De scriptoribus θαυμασίων v. Ebert Dissertatt. Sic. p. 168 sqq. θαυμάσια s. παράδοξα sunt θεάματα μείζονα, ut ait Pausanias X. 4, 4. ἐς τὰ παράδοξα ἀπίστους εἶναι τῶν ἀνθρώπων οἷς ἂν μὴ παρὰ τὸν αὐτῶν γένηται βίον θεάμασιν ἐπιτυχεῖν μείζοσιν: quicquid est communi hominum opinione atque usu ad spectandum maius et insolens. Erat hoc argumentum multiplex, quod tam per historiam quam per geographiam et historiam naturalem patebat, et ad tractandum facillimum, unde plurimi inde ab Aristotele exstiterunt qui in eo versarentur. Nam praeivit etiam hoc doctrinae genus, sicuti tot alia quibus incumbebat inferior aetas, Aristoteles; sequuti sunt Ephorus (Marx p. 31 sq.), Theopompus (Ebert l. c. p. 173, Wichers Theopomp. p. 29.), et inter Alexandrinos permulti, qui Aristotelis commentarios aut imitarentur aut adnotationibus augerent, v. Stahr Aristotelia II. p. 98 sq. Et credo etiam Polemonem in his, quae ad locum τῶν θαυμασίων pertinent, Stagiritam ante oculos habuisse: certe et fragmento LXXXIII. et fragm. LXXXV, quae eiusdem argumenti sunt, eadem res quam Aristoteles tractaverat, et ita fere ut Aristotelis notationes compleantur corriganturve, illustratur; cf. frgm. LIX. c. . ot.

LXXXIV. Athen. XII. p. 552. B. *Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ ἱπερὶ θαυμασίων Ἀρχέστρατόν φησι τὸν μάντιν ἁλόντα ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἀναβληθέντα ὀβολοῦ ὁλκὴν εὑρεθῆναι ἔχοντα· οὕτως ἦν ἰσχνός. ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ ὡς καὶ Πανάρετος ἰατρῷ μὲν οὐδὲν ὡμίλησεν, Ἀρκεσιλάου δὲ ἠκροᾶτο τοῦ φιλοσόφου,*

καὶ ὅτι συνεγένετο Πτολεμαίῳ τῷ Εὐεργέτῃ, τάλαντα δώδεκα τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνων. ἦν δὲ ἰσχνότατος, ἄνοσος διατελέσας.

De iisdem homuncionibus Aelian. Var. Hist. X. 6. et Eustath. p. 1288, 44, qui discrepat hisce: *Πολέμων οὖν φησιν ἐκεῖνον ἁλόντα ὑπὸ Πτολεμαίου καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἐπιβληθέντα*: sed Athenaei lectioni *ὑπὸ τῶν πολεμίων* favet Aelianus, apud quem pro *ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς* ex ceteris reponendum *ἐπὶ ζυγόν*.

4. *περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων.*

Ferme crediderim hanc partem fuisse operis *περὶ θαυμασίων*; v. praefat. libri *π. θαυμασίων*.

LXXXV. Athen. XII. p. 541. A. *Ἀλκισθένη δὲ τὸν Συβαρίτην φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς θαυμασίοις ὑπὸ τρυφῆς ἱμάτιον τοιοῦτον κατασκευάσαι τῇ πολυτελείᾳ, ὡς προτίθεσθαι αὐτὸ ἐπὶ Λακινίου ἐν τῇ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται, καὶ τῶν δεικνυμένων μάλιστα πάντων ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι· οὗ φασι κυριεύσαντα Διονύσιον τὸν πρεσβύτερον ἀποδόσθαι Καρχηδονίοις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ταλάντων. ἱστορεῖ δὲ καὶ Πολέμων περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων.*

Locus Aristotelis est c. 96. p. 200. Beckm., ubi in codd. est *Ἀλκιμένης* (hoc recepit Bekk.) et *Ἀντιμένης* et *Ἀντισθένης*, deinde *κατασκευασθῆναι*, unde Schweighaeuserus in Athenaeo *κατασκευάσασθαι*, quod omnino melius. Mox ap. Aristot. *ἐπὶ Λακινίῳ*. Vestis ista picta apud Aristotelem copiosius describitur: *ἦν δ' αὐτὸ μὲν ἀλουργές, τῷ δὲ μεγέθει πεντεκαιδεκάπηχυ, ἑκατέρωθεν δὲ διείληπτο ζῳδίοις ἐνυφασμένοις, ἄνωθεν μὲν Σούσοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις (!)· ἀνὰ μέσον δὲ ἦν Ζεύς, Ἥρα, Θέμις, Ἀθηνᾶ, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη· παρὰ δ' ἑκάτερον πέρας Ἀλκιμένης ἦν, ἑκατέρωθεν δὲ Σύβαρις*: ubi *ζῴδια* non animalia dicuntur, sed urbium, deorum et hominum figurae, cf. G. Hermann de Pictura Pariet. p. 5. De religione Iunonis Laciniae v. Liv. XXIV. 3, Niebuhr Hist. R. I. p. 95. De Dionysii bello cum Carthaginiensibus gesto notum ex Xenoph. Hell. II. 3, 5. coll. Plutarch. v. Dion. c. 5 sq. 14, de urbibus Magnae Graeciae per Dionysios captis direptisque ex Strabone V. p. 365. VI. p. 3. coll. Dionys. Hal. Excerpt. p. 2359. Rsk.:

et constat haec spolia interque ea multam pretiosam supellectilem vestemque postea Carthaginem missa esse. Ita etiam Alcisthenis vestem, a Dionysio raptam, deinde Carthaginiensibus postquam de pretio convenerat concessam esse credibile est. Carthagine eam vidit Polemo, quae urbs ea aetate, etsi secundo iam bello Punico impedita, tamen florentissima etiam tum erat atque Graecis frequentissima.

5. *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου.*

Titulum memorat Athen. IV. p. 138. E. De argumento ex his locis iudicari potest: Xenoph. Agesil. VIII. 7. *εἰ δέ τις ταῦτα ἀπιστεῖ, ἰδέτω μὲν οἷα οἰκία ἥρκει αὐτῷ, θεάσθω δὲ τὰς θύρας αὐτοῦ· εἰκάσειε γὰρ ἄν τις ἔτι ταύτας ἐκείνας εἶναι, ἅσπερ Ἀριστόδημος ὁ Ἡρακλέους ὅτε κατῆλθε λαβὼν ἐπεστήσατο· πειράσθω δὲ θεάσασθαι τὴν ἔνδον κατασκευήν, ἐννοησάτω δὲ ὡς ἐθοίναζεν ἐν ταῖς θυσίαις, ἀκουσάτω δὲ ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ καννάθρου κατῆει ἐς Ἀμύκλας.* Cf. Plutarch. Agesil. c. 19. *οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι —, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν οὕτως οὔσας σφόδρα παλαιάς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας ἃς ἐπέθηκεν Ἀριστόδημος· καὶ τὸ κάνναθρόν φησιν ὁ Ξενοφῶν οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν ἄλλων. [κάνναθρα δὲ καλοῦσιν * * εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς]. ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν ὄνομα τῆς Ἀγησιλάου θυγατρὸς οὐ γέγραφε, ὁ δὲ Δικαίαρχος κτλ.* Quae antequam accuratius persequar libet paucis de dissensione utriusque loci disserere. Notum est Valckenarium (ad Herod. III. 134. IX. 27, Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 266.) quum propter alia argumenta tum propter colorem orationis minime Xenophonteum de authentia Agesilai dubitasse, sed contra eum contendisse Reizium de Prosod. Acc. Inclinat. P. I. p. 38. et Kuehnium Vind. Agesil. Xenoph. Lips. 1777, cum quibus facit etiam Schneiderus Xenoph. Opp. Vol. V. p. 266. Post hunc an curatius a quoquam de hac dubitatione quaesitum sit nescio: tu audi Wyttenbachium ad Plutarch. de Aud. Poet. p. 31. C, ubi item Agesilaus Xenophontis a Plutarcho citatur: „*ὁ Ἀγησίλαος* sumtum e Xenophontis Agesilao si quid iudico uberiore quam nunc est et germano: nam huiusmodi auctorem sequutus est

Plut. Vit. Ages. p. 602. A. B. et Apophth. p. 209. D, quae sane magis Xenophonteam rationem suavitatemque spirant quam quae traduntur in eo qui hodie fertur sub Xenophontis nomine Agesilao. — — Valckenarius noster, qui primus vidit, certe subinde in scriptis suis pronuntiavit germanum ac proprium Xenophontis librum Agesilaum periisse, sententiam suam non persuasit compluribus viris doctis, praesertim editoribus librorum Xenophonteorum in Germania. Nec mihi persuadebat ante hos triginta annos mecum disserens, librum in manibus habens, complures deinceps locos praelegens, ad singulos subiiciens, *hoc certe non est Xenophonteum.* Dubitanti et quaedam monenti respondit, *de his non est disputandum, alio tempore releges Xenophontem et rectius iudicabis.* Atqui tunc iam quinquies legeram. Nunc quo magis progressu aetatis et lectionis usu sensus iudiciumque acuitur, eo magis accedo ad Valckenarii sententiam.“ Post talia nomina si meam quoque auctoritatem interponere liceat, paucis quae ad nostrum maxime locum attineant expromam. Excidit apud epitomatorem Xenophontis (mihi enim persuasissimum est integrum Agesilaum non exstare), excidit mentio filiae Agesilai (quae a Schneidero eduntur *κατῄει ἐς Ἀμύκλας ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ*, completa sunt ex coniectura Casauboni ad Athen. IV. p. 138. E.), quam si non nominatam saltem commemoratam fuisse cognoscitur ex Xenophonte apud Plutarchum laudato. Praeterea inferiorem aetatem redolet adiectivum *πολιτικὸν κάνναθρον*, eo sensu usurpatum quo nos dicimus ein bürgerliches Fuhrwerk, qui vereor ne Xenophonte longe recentior sit. Accedit quod omnis et huius loci et universae scriptionis ut nunc est color talis, ea oratio, ut unum ex recentioribus rhetoribus legere tibi videaris (in edit. Iuntina titulus est: *Ξενοφῶντος ῥήτορος εἰς Ἀγησίλαον*, similiterque in plurimis opusculis), qui omnia illa minora quae vocantur Xenophontis opuscula ita retractavisse videntur, ut rerum quidem et vocabulorum plurimam partem retinerent, sed et omitterent multa et assuerent nonnulla (velut in libro de Rep. Laced. cap. 14, de Venatione cap. 13.), inprimis vero orationem immutarent et ex suo arbitrio refingerent, ut ex

simplicissima leniterque fluente fieret tumida et calamistrata. — Haec in transcursu. Revertor ad *κάνναθρον* filiae Agesilai, de quo scripserat Polemo et praeter eum Didymus. Quid sit *κάνναθρον* apud ipsum Plutarchum expositum habes iis, quae a me uncinis inclusa sunt: quae a recentiore grammatico interpolata esse videntur. Significavi lacunam inter *καλοῦσιν* et *εἴδωλα*, nam abest *ἁμάξας ἐχούσας* vel tale quid. Didymus sua partim ex Polemone hauserat, v. frgm. LXXXVI, partim ex Polycrate *ἐν τοῖς Λακωνικοῖς*, in descriptione Hyacinthiorum, ex quo attinebunt haec: *παρθένων αἱ μὲν ἐπὶ κανάθρων, καμαρωτῶν ξυλίνων ἁρμάτων, φέρονται, πολυτελῶς κατεσκευασμένων, αἱ δ' ἐφ' ἁμίλλαις ἅρμάτων ἐζευγμένων* (scribendum videtur *αἱ δ' ἐξ ἁμίλλης ἐφ' ἁρμ. ἐζ.*) *πομπεύουσιν*: ubi *καμαρωτὰ ἅρματα* sunt currus tecti, qui dicebantur etiam *καμάραι*, v. Pollux X. 52. Ex Polemone et Didymo fluxerunt quae nunc exstant praeter excerpta Athenaei 1) apud Etym. M. p. 489, 5. *κάνναθρον· Δίδυμος τὴν πείρινθον πλεκομένην λέγει ῥίπινθον, καὶ κατὰ ἀντίθεσιν πείρινθον· τοῦτο δ' ὑπὸ Ξενοφῶντος καλεῖσθαι κάνναθρον, ἐπεὶ καὶ κάννη ἡ ψίαθος. οὕτως Ἐπαφρόδιτος. Ὧρος* (Didymus fide Epaphroditi citatus, cf. Ritschl de Oro et Orione p. 69.). 2) apud Eustath. p. 1344, 44, coll. Scholl. Il. XXIV. 190. p. 634, 6. 34. Bekk.; Apollon. Lex. Hom. p. 129. Bekk.: *πείρινθα τὸ τετράγωνον πλινθίον τὸ ἄνω περιδούμενον ταῖς ἁμάξαις, πλεκόμενον ἀπὸ ῥιπῶν. ῥῖπες δὲ οἱ τῆς οἰσύας λίγοι, ὥστε εἶναι ῥίπινθα καὶ μεταθέσει καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε πείρινθα. ὁ δὲ Ξενοφῶν κάνναθρον αὐτό φησι· κάννη γὰρ ἡ ψίαθος· πλέγμα δὲ καὶ αὐτὸ ψιαθῶδες, συνέχειν φόρτον ἰσχῦον*: quae patet ex Didymo exscripta esse, qui de his rebus in commentario ad Iliadem disputasse videtur. 3) Hesych. v. *κάνναθρα, ἀστράβη ἢ ἅμαξα πλέγματι ἔχουσα, ὑφ' ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς τὸ τῆς Ἑλένης* (h. e. Amyclas, nam ibi erat Helenae templum: loquitur de Heleniis, quae erant pars Hyacinthiorum) *ἀπίωσιν· ἔνιοι δὲ ἔχειν εἴδωλα ἐλάφων ἢ γρυπῶν*: quae vides proxime ab iis abesse, quae habet Plutarchus et quorum auctor videtur fuisse Polemo. — Est igitur, ut omnia complectar, *κάνναθρον ἅμαξα ξυλίνη καμαρωτή* h. e. *καμάραν ψιαθώδη ἔχουσα, εἰδώλοις γρυπῶν καὶ τραγελάφων κεκοσμημένη. καμάρα*

illa ψιαθώδης proprie κανναθρον dicebatur: deinde partis nomen transiit ad totum. Utebantur talibus vehiculis virgines Lacaenae in pompis Hyacinthiorum. Quare quum Polemo locum illum Xenophontis, quo τὸ κάνναθρον filiae Agesilai memorabatur, illustrandum sibi proposuisset, non potuit quin etiam ad ipsius festi Hyacinthiorum descriptionem deferretur, cuius disputationis pars servata est per Didymum de copide Lacedaemonia disputantem. V. frgm. sq.

LXXXVI. Athen. IV. p. 138. E. *Πολέμων δ' ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρῳ τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον (φησὶ) ἐν Πλούτοις λέγειν·*

ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισίν ἐστιν, ὡς λέγουσ', ἐκεῖ
πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;
ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκαι προσπεπατταλευμέναι
κατακρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδάξ;

*καὶ Εὔπολις ἐν Εἵλωσι· „καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον κοπίς." δεῖπνον δ' ἐστὶν ἰδίως ἔχον ἡ κοπίς, καθάπερ καὶ τὸ καλούμενον ἄϊκλον. * * * ἐπὴν δὲ κοπίζωσι, πρῶτον μὲν δὴ σκηνὰς ποιοῦνται παρὰ τὴν θέαν, ἐν δὲ ταύταις στιβάδας ἐξ ὕλης· ἐπὶ δὲ τούτων δάπιδας ὑποστρωννύουσιν, ἐφ' αἷς τοὺς κατακλιθέντας εὐωχοῦσιν, οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων. θύουσι δ' ἐν ταῖς κοπίσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον· καὶ τῶν κρεῶν διδόασι μοίρας πᾶσι καὶ τὸν καλούμενον φυσίκιλλον, ὅς ἐστιν ἀρτίσκος ἐγκρίδι παραπλήσιος, γογγυλώτερος δὲ τὴν ἰδέαν· διδόασι τῶν συνιόντων ἑκάστῳ τυρὸν χλωρὸν καὶ γαστρὸς καὶ φύσκης τόμον καὶ τραγήματα σῦκά τε ξηρὰ καὶ κυάμους καὶ φασήλους χλωρούς. κοπίζει δὲ καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ὁ βουλόμενος. ἐν δὲ τῇ πόλει κοπίδας ἄγουσι καὶ τοῖς Τιθηνιδίοις καλουμένοις ὑπὲρ τῶν παίδων· κομίζουσι γὰρ αἱ τιτθαὶ τὰ ἄρρενα παιδία κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ἀγρὸν καὶ πρὸς τὴν Κορυθαλλίαν καλουμένην Ἄρτεμιν, ἧς τὸ ἱερὸν παρὰ τὴν καλουμένην Τίασσάν ἐστιν ἐν ταῖς πρὸς τὴν Κλήταν μέρεσι· τὰς δὲ κοπίδας παραπλησίως ταῖς λελεγμέναις ἐπιτελοῦσι. θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθαγορίσκους καὶ παρατιθέασιν ἐν τῇ θοίνῃ τοὺς ἰπνίτας ἄρτους. τὸ δὲ ἄϊκλον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον. Ἐπίχαρμος γοῦν ἐν Ἐλπίδι φησίν· „ἐκάλεσε γάρ τύ τις ἐπ' ἄϊκλον ἑκών, τὺ δὲ ἑκὼν*

ᾤχεο τρέχων." τὰ αὐτὰ εἴρηκε καὶ ἐν Περιάλλῳ. ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι τοῖς εἰσιοῦσιν εἰς τὸ φειδίτιον μετὰ δεῖπνον τὸ καλούμενον ἄϊκλον εἰσφέρουσιν ἄρτους ἐν ἀρριχίδι καὶ κρέας ἑκάστῳ· καὶ τῷ νέμοντι τὰς μοίρας ἀκολουθῶν ὁ διάκονος κηρύττει τὸ ἄϊκλον προστιθεὶς τοῦ πέμψαντος τὴν ὀνομασίαν."

ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. πρὸς ὃν ἀντιλέγων Δίδυμος ὁ γραμματικὸς κτλ.

Sequitur copiosa Didymi contra Polemonem disputatio, in qua primum Polycratis illud quod supra allegavi de cannathris testimonium apponitur, quod quum opponatur iis quae Polemo de eadem re disseruerat, apparet haec ab Athenaeo omissa esse, non a Didymo. Deinde ex aliorum testimoniis iis, quos Polemo laudaverat, adiectis colligitur hoc, καὶ μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρατίθεσθαι καὶ ἄρτους δὲ καὶ ζωμόν τινα καθηδυσμένον περιττῶς, de quibus tacuerat Polemo. Porro ut omnia, quae in copide parari solebant, uno conspectu ob oculos ponantur, Molpidis locus laudatur: Μόλπις ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ γράφων οὕτως· „ποιοῦσι δὲ καὶ τὰς καλουμένας κοπίδας. ἔστι δ' ἡ κοπὶς δεῖπνον, μᾶζα, ἄρτος, κρέας, λάχανον ὠμόν, ζωμός, σῦκον, τράγημα, θέρμος. Exinde in ipsum Polemonem invehitur: ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὥς φησιν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ πρὸς τὸν ὄρθρον πιπράσκονται, ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ πολιτείας καὶ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ καὶ οὗτος τῆς Λακώνων πολιτείας. Deinde ea percenset, quae Polemo disputaverat de significatione vocis ἄϊκλον: ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἄϊκλον προσαγορεύεσθαι, παραπλησίως ἁπάντων Δωριέων οὕτως αὐτὸ καλούντων. Laudantur testimonia Alcmanis. ἄϊκλον δ' οὐ λέγουσιν οἱ Λάκωνες τὴν μετὰ τὸ δεῖπνον μοῖραν, ἀλλ' οὐδὲ τὰ διδόμενα τοῖς φειδιτίοις μετὰ τὸ δεῖπνον· ἄρτος γάρ ἐστι καὶ κρέας· ἀλλ' ἐπάϊκλα μὲν λέγεται ταῦτα, ὄντα οἷον ἐπιχορηγήματα τοῦ συντεταγμένου τοῖς φειδίταις ἄϊκλου· παρὰ γὰρ τοῦτο οἶμαι τὴν φωνὴν πεποιῆσθαι. In quibus sententia Polemonis paullo detorquetur, qui dixerat (certe hoc dicit in iis quae nunc leguntur) ceteros Dorienses ἄϊκλον appellare ipsum δεῖπνον, solos Spartanos τὰ μετὰ δεῖπνον. Sed etiam de apparatu τοῦ ἄϊκλου Didymus cum nostro

litigat: *καὶ ἐστὶν ἡ παρασκευὴ τῶν λεγομένων ἐπαΐκλων οὐχ ἁπλῆ, καθάπερ ὁ Πολέμων ὑπείληφεν, ἀλλὰ διττή. ἣν μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχουσι, πάνυ τις εὔκολός ἐστι καὶ εὐτελής* (laudantur in hanc rem testimonia), *ἣν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν φειδίτια κομίζουσι, σκευοποιεῖται ἔκ τινων ζῴων ὡρισμένων, παραχορηγοῦντος αὐτὰ τοῖς φειδίταις ἑνὸς τῶν εὐπορούντων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλειόνων*: in quibus item iniquior vir doctissimus mihi esse videtur, quum Polemo in transcursu magis et extra septa, ut aiunt, quam ex professo illam materiam tractasset, ut sciens praeterierit ea, quae negligenter ab eo praetermissa esse contendit Didymus. Sed videamus iam de ipso Polemone.

Ad titulum quod attinet Casaubonus pro eo, quod est in codd. Athenaei, *Π. ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρῳ*, malebat *ἐν τῷ περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφ. καννάθρου*, quod recepit Schweighaeuserus, adversus quem recte Bernhardy Eratosth. p. 4. breviorem illam formulam monet poni ut *Πολέμων ἐν τῇ Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ*, similia; cf. supra frgm. LXXVIII. not. Ceterum similis titulus est Luperci grammatici, qui scripserat *περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος*, v. Suid. v. *Λούπερκος*. De scriptura vocis *κάνναθρον* et *κάννη* differunt libri, sed praeferenda videtur quae duplicat $\overline{\nu}$, cf. Kuehn. et Hemsterh. ad Polluc. VII. 176. Etiam de scriptura vocis *ἄϊκλον* differunt libri, cf. Eustath. p. 1714. De re v. Manso Sparta I. 2. p. 192 sq. et O. Mueller Dor. II. p. 277. — De Cratini versibus v. Bergk de Reliq. Com. Att. Antiq. p. 197 sq. — Ante *ἐπὴν δὲ κοπίζωσι* exciderunt multa. Excidit mentio eius festi, de quo narratur in sequentibus, Hyacinthiorum opinor, quae quum maximam partem in agris et apud Amyclaeos celebrarentur (cf. Manso Sparta I. 2. p. 205 sqq., Mueller Dor. II. p. 281 sq.), deinde sic pergit: *ἐν δὲ τῇ πόλει κτλ.* Excidit etiam mentio eius, qui loquitur in sequentibus, Spartani alicuius si quid video, quem de his rebus consuluerat Polemo: *οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων.* Excidit denique pompae, quae Amyclas deducebatur et in qua cannathris vehebantur virgines Spartanorum, descriptio, quam suppleveris ex Polycratis loco per Didymum servato ap. Athen.

p. 139. E, ex quo constat copidem illam, de qua narrat Polemo, post pompam Amyclas deductam habitam esse, quum cives multas victimas sacrificarent lautasque epulas appararent et familiaribus omnibus et ipsorum servis. — *παρὰ τὴν θέαν* dedi ex coniectura, quum in libris sit *παρὰ τὸν θεόν*, quod Dalecamp. vertit *in tentoriis iuxta dei templum*, Manso Sparta I. 2. p. 195. mutandum censet in *παρὰ τὴν Τίασαν*, quem fugit nunc sermonem esse de Hyacinthiis prope Amyclas celebratis, non de Tithenidiis. Meum *παρὰ τὴν θέαν* vertendum *dum durabat ἡ θέα*, cf. Polycrates l. c. *οὐδεὶς δ' ἀπολείπει τὴν θυσίαν, ἀλλὰ κενοῦσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν πρὸς τὴν θέαν.* — De Tithenidiis v. Manso Sparta I. 2. p. 220 sq. Cletes fanum et Tiasa fons erant in agro, cf. Paus. III. 18, 4. Ex eodem et Hesychio atque Phavorino s. v. dedi *Τίασσαν* (Paus. *Τίασα*) pro *Τίασσον*, quod est in libris et retinetur a Schweighaeusero et Dindorfio, contra auctoritatem Casauboni; cf. Siebel. Pausan. Vol. II. adnot. p. 53. Diana *Κορυθαλλία* dicitur *παρὰ τὸ θάλλειν τοὺς κόρους*, ut sit eadem atque *κουροτρόφος*, cf. Plutarch. Sympos. Q. III. 9, 2, ubi eadem nominatur inter nutrices Apollinis, et Hesych. v. *Κορυθαλλία* et *Κορυθαλλίστριαι*, unde cernis eandem apud Italiotas cultam esse. In sequentibus *τὰς δὲ κοπίδας* adieci particulam *δέ*: opponuntur eae copides, quae habebantur in Tithenidiis, *ταῖς λελεγμέναις* i. e. iis quae habebantur in Hyacinthiis. Epicharmi fragmenta tractavit Kruseman p. 18. et 61 sq. De nomine *Περίαλλος* cf. Ebert Dissertatt. Sic. p. 97.

6. *περὶ τοῦ δίου κῳδίου.*

Ita Athen. XI. p. 478. C, praeterquam quod adieci iota subscriptum in v. *κῷδιον* ex praecepto grammaticorum servato ap. Etym. M. p. 550, 6. Gud. p. 356, 58. Theognost. ap. Cram. Anecd. II. p. 124. Invenitur et *δῖον κῷδιον* et *Διὸς κῷδιον*, sed illud solennius fuisse videtur; dicitur autem ut *δῖον στόμα* ap. Aeschyl. Prom. v. 1032, *βούλευμα δῖον* ib. v. 622, *δῖον πῦρ* Eurip. Alcest. v. 5, similia. Grammaticorum de vellere Diali locos (cf. Sturz Etym. Gud. p. 751 sq.), maximam haud dubie partem ex Polemone haustos, laudavi ad frgm. LXXXVII.

Inter recentiores de Iovio disputatum est a Lobeckio Aglaoph. p. 183 sqq., O. Muellero Aeschyl. Eumen. p. 140. 146.

LXXXVII. Hesych. *Διὸς κῴδιον οὕτως ἔλεγον οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται, ἐφ' οὗ οἱ καθαιρόμενοι ἑστήκεσαν τῷ ἀριστερῷ ποδί· τινὲς δὲ τὸ μέγα καὶ τέλειον· ὁ δὲ Πολέμων τὸ ἐκ τοῦ Διὶ τεθυμένου ἱερείου.*

Διὸς κῴδιον retinendum erat propter ordinem elementarem. Cod. *Διοσκώλιον· οὕτως ἔλεγον οὗτοι ἱερεῖον ἐτίθετο. — ὁ δὲ Π. τῷ ἐκ τ. Δ. τ. ἱερείῳ.* Musur. *τὸ ἐκ τ. Δ. τ. ἱερεῖον.* Inserviebat hoc vellus a Iovis victima detractum iis ritibus sacris, qui dicebantur *ἀποδιοπομπήσεις*, v. Phrynich. ap. Bekk. Anecd. p. 7, 15. *ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ διοπομπεῖσθαι· σημαίνει μὲν τὸ ἀποπέμπεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι μύση, σύγκειται δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ δίου* (dicebatur igitur etiam nude *τὸ δῖον*), *ὅ ἐστι δέρμα τοῦ ἱερείου τοῦ θυομένου τῷ Διί, ἐφ' οὗ ἑστῶτες ἐκαθαίροντο, κἀκ τοῦ πέμπεσθαι· μετὰ γοῦν τῆς ἀπὸ προθέσεως ἀττικώτατόν ἐστιν*: cf. Pierson Moer. p. 41, Ruhnk. Tim. p. 40 sq. De re similiter Lex. rh. ap. Bekk. Anecd. p. 242, 26. *δῖον κῴδιον· ἐπὶ τῶν καθαιρομένων λέγεται, ἐπειδήπερ Διὶ θύουσι καθαίροντες τοὺς μύσει κατεχομένους.* In quanam potissimum Iovis religione et quibus occasionibus adhibitum sit cernitur ex his locis: Eustath. p. 1935, 8: *καὶ οἱ τὸ διοπομπεῖν* (scribendum erat *διοπομπεῖσθαι*) *ἑρμηνεύοντές φασιν ὅτι δῖον ἐκάλουν κῴδιον ἱερείου τυθέντος* (editur *τιθέντος*) *Διὶ μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος μηνός, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα* (cf. Demet. et Perseph. p. 248.) *καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο. εἶχον δὲ μετὰ χεῖρας πομπαῖον* (vulgo *πομπόν*, correxit Lobeck: ceterum quae sequuntur de insigni Mercurii, ea de suo interpolaverit Thessalonicensis, quum cetera ex iis, quos de talibus consulere solet, Pausania et Aelio Dionysio sumsisse videatur), *ὅπερ ἦν, φασί, κηρύκιον σέβας Ἑρμοῦ, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου πομπαίου* (ed. *πομποῦ*) *καὶ τοῦ ῥηθέντος δίου τὸ διοπομπεῖν. καὶ τοῦτο μὲν οὕτως ἐξ ἱστορίας. ἄλλως δὲ κοινότερον διοπομπεῖν καὶ ἀποδιοπομπεῖν ἐφαίνετο τὸ Διὸς ἀλεξικάκου* (Iovem *ἀποτρόπαιον* et *προστρόπαιον* nominant Scholl. Plat. Legg. IX. p. 120, 14. Cratyl. p. 29, 11.) *ἐπικλήσει ἐκπέμπειν τὰ φαῦλα.* Cum Eustathio comparandus Suidas s. v. *Διὸς κῴδιον* et Apo-

stol. Proverb. VII. 10: — *Διὸς κῴδιον· οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται· θύουσί τε τῷ τε μειλιχίῳ καὶ τῷ κτησίῳ* (Suid. codd. V. C. *κτησιδίῳ*. Lobeck Agl. p. 183. *ἱκεσίῳ*. Mueller Aesch. Eum. p. 188. tuetur vulgatam; mihi *κτησίῳ* omnino reiiciendum ac restituendum *καθαρσίῳ* videtur) *Διί· τὰ δὲ κῴδια τούτων φυλάσσουσι δῖα* (v. Phrynich. supra cit.; sine causa Gaisf. *Διός*) *προσαγορεύοντες· χρῶνται δ' αὐτοῖς οἵ τε Σκιροφορίων* (cf. Demet. et Perseph. p. 124. 147.) *τὴν πομπὴν στέλλοντες καὶ ὁ δᾳδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸς τοὺς καθαρμούς, ὑποστορνύντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν.*

Haec ex Polemone ferme ducta videntur. De simili re memorat Dicaearchus in fragmento de monte Pelio p. 27 sq. Buttm. et Pausanias, ubi narrat de lustrationibus ante oracula ab Amphiarao edita solennibus, I. 34, 3. *ἔστι δὲ καθάρσιον τῷ θεῷ θύειν. θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ ταὐτὸ τὰ ὀνόματα* (i. e. et Iovi *καθαρσίῳ* et ceteris diis, *οἷς ἐστι τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ καθαίρεσθαι.* parum recte Siebel. *in eodem loco,* et novissimi editores *quorum in eadem ara inscripta sunt nomina*)· *προεξειργασμένων δὲ τούτων κριὸν θύσαντες αὐτῷ καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος.* Alia eiusdem religionis documenta ex antiquitatibus Aegyptiorum, Romanorum excitavit Lobeck Agl. p. 185 sq. In universum duplex Ioviorum similiumque pellium usus erat. Etenim aut in pompis lustralibus, quibus tota civitas publice februabatur, a sacerdotibus illa coria rite circumferebantur; hoc si quid video est *ἄγειν τὰ πομπαῖα*, ubi *τὰ πομπαῖα* sunt ipsa Iovia, cf. Eustath. l. c., qui tale *πομπαῖον* confudit cum baculo Mercurii: aut corpora eorum qui lustrabantur talibus pellibus afficiebantur, quod fiebat diversis modis; modo enim capitum indumenta ex illis pellibus parabantur, velut quibus utebantur sacerdotes Aegyptiorum et Romanorum, modo Ioviis tanquam vestibus amiciebantur lustrandi, ut in lustrationibus Iovis Actaei et in Lupercalibus Romanorum, modo pedibus eorum qui februabantur haec coria substernebantur, velut in Scirophoriis et Eleusiniis Atticis, modo etiam iis qui dormiendo oracula divinitus sibi immissum iri putabant substernebantur, velut in

sacris Amphiarai, cf. Strabo VI. p. 53. *ἐναγίζουσι δὲ αὐτῷ (Κάλχαντι) μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι.* Quod de Scirophoriorum et Eleusiniorum lustrationibus scribit Muellerus Aesch. Eum. p. 146, eos qui in Ioviis steterint sanguine suillo superfundi solitos esse, deque sanguine pellibus collecto indeque effuso *τὸ ἀποδιοπομπεῖσθαι* dictum esse (das abgewaschne Blut sammelte man dann in Felle und schüttete es damit aus: dies heisst offenbar *ἀποδιοπομπεῖσθαι*), in hoc vereor ne confuderit duo *καθάρσεως* genera, quae mihi quidem diversa fuisse videntur, id quod fiebat sanguine suillo hominibus vel rebus (velut in ecclesia Atheniensium, Demet. et Pers. p. 358.) asperso et id quod appellabatur *ἀποδιοπομπεῖσθαι*, de quo dictum est in antecedentibus et quocum comparare iuvabit suovetaurilia Romanorum, cf. Cato d. R. R. §. 141, in quibus tamen non vellera hostiarum, sed ipsae hostiae circum id quod lustrandum erat circumferebantur.

LXXXVIII. Athen. XI. p. 478. C. *Πολέμων δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ δίου κῳδίου φησί· „μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τελετὴν ποιεῖ, καὶ αἱρεῖται ἐκ τῆς θαλάμης καὶ νέμει * * ὅσοι ἄνω τὸ κέρνος περιεννηνοχότες. τοῦτο δ' ἐστὶν ἀγγεῖον κεραμεοῦν, ἔχον ἐν αὐτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους· ἔνι δ' ἐν αὐτοῖς ὅρμινοι, μήκωνες λευκοί, πυροί, κριθαί, πισοί, λάθυροι, ὦχροι, φακοί, κύαμοι, ζειαί, βρόμος, παλάθιον, μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, ὄϊον ἔριον ἄπλυτον. ὁ δὲ τοῦτο βαστάσας, οἷον λικνοφορήσας, τούτων γεύεται.“*

Idem locus allegatur Athen. XI. p. 476. F. *κέρνος· ἀγγεῖον κεραμεοῦν — τούτων γεύεται*, sed subiecto nomine Ammonii Lamptrensis, *ὡς ἱστορεῖ Ἀμμώνιος ἐν τρίτῃ περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν.* Hic ni fallor sua sumserat ex Polemone, Athenaeus autem illius testimonium ex huius commentariis depromserit. De re maximopere dolendum quod locus tam lacer a principio ad nos pervenerit; nam describitur actio mystica, quam si accuratius cognitam haberemus, omnis mysticorum sacrorum descriptio aliquantum expeditior foret. Locum haec actio habuisse videtur in mysteriis Matris Magnae; nam his proprium erat *τὸ κέρνος*, v. Lob. Agl. p. 26 sq. Videtur Polemo in iis quae ab initio omissa sunt eandem caerimoniam descripsisse, de qua pauca et obscura eaque confuse comme-

morat Clem. Alex. Protrept. p. 13. Pott., ubi hae voces apponuntur: ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκερνοφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυν (vulgo ὑπέδυον; illud praeivit vir doctus in Zimmerm. Zeitschr. f. A. 1835. p. 84.), quae pronuntiabantur a mystis. Saltem hinc aliquid lucis adspergi dixeris iis quae apud nostrum extrema sunt, ὁ δὲ τοῦτο (sc. τὸ κέρνος) βαστάσας, οἷον λικνοφορήσας (i. e. velut is qui gestavit τὸ λίκνον, scilicet in aliis sacris), τούτων γεύεται, h. e. de iis gustat quae insunt in cavernulis τοῦ κέρνους, quae plerumque dicuntur τὰ ἄρρητα sive etiam τὰ μυστικά, τὰ μυστήρια, cf. Lob. Agl. p. 56. Haec labiis vel manibus attrectabantur a mystis (τῶν μυστηρίων ἅπτεσθαι, γεύεσθαι), eaque actio particularis erat earum caerimoniarum, quae cunctae appellabantur τελετὴ sive μυστήρια. Iam hinc interpretanda haec apud nostrum: μετὰ ταῦτα τὴν τελετὴν ποιεῖ scil. ὁ ἱερεὺς vel ὁ ἱεροφάντης, δᾳδοῦχος. Hic ποιεῖ τὴν τελετὴν h. e. δείκνυσι, φαίνει, παρέχει, νέμει τὰ ἄρρητα i. e. varia illa liborum genera, quae adspiciantur, labiisque et manibus attingantur a mystis. — Sequuntur haec: καὶ αἱρεῖται (sc. ὁ ἱεροφάντης) ἐκ τῆς θαλάμης (aut supplendum τὸ κέρνος, ut θαλάμη sit receptaculum aliquod sacrum ubi asservabatur τὸ κέρνος, aut θαλάμη est ipsum κέρνος, ut ex huius cavernulis hierophanta sumserit τὰ ἄρρητα) καὶ νέμει ὅσοι ἄνω τὸ κέρνος περιενηνοχότες. Haec carent sensu. Casaub. scribendum putabat ὅσοι ἂν ὦσι: ego interposui lacunae sigilla; nam omissa esse nonnulla arguit et connexus sententiarum, et solent in talibus quae propter unam vocem excerpuntur locis ea plerumque omitti, quae officiebant ad illam vocem festinantibus. Omissa videntur fere haec: καὶ νέμει τοῖς μύσταις, καὶ γεύονται αὐτῶν (sc. τῶν ἀρρήτων) ὅσοι ἄνω (sc. εἰσί), τὸ κέρνος περιενηνοχότες. Haec dici suspicor de iis qui κερνοφορήσαντες, ἐκ τυμπάνου φαγόντες etc. in sublimiorem aliquem locum, ubi stabat hierophantes, adscenderant, ab hoc qui iam faciebat τὴν τελετὴν sacra illa abdita accepturi et gustaturi: ὁ τὸ κέρνος βαστάσας τούτων γεύεται. Iam sequitur ipsa descriptio τοῦ κέρνους, quae est et accuratissima et expedita. Primum ipsum vas quale fuerit enarratur. κέρνος erat vas fictile (tum hoc tum figura et iis quae intus erant differebat a κίστῃ, quae erat deabus Eleusiniis

et Libero sacra: quae erat πλεκτὴ vel lignea, v. Ammon. de diff. verb. v. κιβωτός, Muenter Dissertatt. antiq. p. 204.), multas intus cavernulas habens, in quibus erant κοτυλίσκοι sive κρατῆρες, v. Pollux IV. 103. et qui laudantur a Casaub. ad Athen. p. 476. F, Schneid. ad Nicandr. Alexiph. p. 145, Lob. Agl. p. 26. In cotyliscis istis discreta asservabantur quae a nostro enumerantur, ὅρμινοι, μήκωνες etc., quae partim beneficiorum ab ea, quae his sacris colebatur, dea hominibus tributorum monimenta fuisse videntur, partim ipsorum sacrorum, quibus haec dea colebatur et quae ab ipsa haud dubie instituta esse narrabantur, tanquam insignia, velut μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, quibus constabant αἱ νηφάλιαι θυσίαι, cf. frgm. XLII. not., in quibus rite faciendis etiam ὄϊον ἔριον ἄπλυτον adhiberi solebat, cf. Paus. VIII. 42, 5, qui Cereri Nigrae apud Phigalenses cultae rite sacrificata esse narrat inter alia ἐρίων τὰ μὴ ἐς ἐργασίαν πω ἥκοντα, ἀλλὰ ἔτι ἀνάπλεα τοῦ οἰσύπου i. e. ὄϊον ἔριον ἄπλυτον.

7. περὶ Ἄρτου.

Videtur haec scriptio similem rationem sequuta esse atque liber de cannathro apud Xenophontem editus; quo si enarrabatur peculiaris locus Xenophontis, illum commentarium cernis ex fragmento LXXXIX. maxime ad Thucydidis notationem quandam illustrandam attinuisse.

LXXXIX. Athen. III. p. 108. F. Ἄρτου δεῖ, καὶ οὐ τῶν Μεσσαπίων βασιλέως, λέγω τῶν ἐν Ἰαπυγίᾳ, περὶ οὗ καὶ σύγγραμμά ἐστι Πολέμωνι. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Θουκυδίδης ἐν ἑβδόμῃ καὶ Δημήτριος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελίᾳ διὰ τούτων·

κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀνέμῳ νότῳ
διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους·
Ἄρτος δ' ἀναλαβὼν ἐξένισεν ἡμᾶς καλῶς.
ξένος γε χαρίεις ἦν ἐκεῖνος καὶ μέγας
καὶ λαμπρός.

Suid. v. Ἄρτος. — ἔστι δὲ καὶ ὄνομα τυράννου Μεσσαπίων, ὃν καὶ πρόξενον Ἀθηναίους ποιήσασθαί φησι Πολέμων.

Artus erat Messapiae regulus, a quo Athenienses in bello Siculo sustentatos esse narrat Thucyd. VII. 33, ubi nominatur *Ἄρτας*. Demetrii locum, quem puto a Polemone appositum fuisse, tractat Meineke Quaestt. Scen. II. p. 72, qui hanc fabulam demonstrat non ante Ol. 94. scribi potuisse. — vs. 4. *ξένος γε* dederunt codd. Venet. et Palat., *ξένος δὲ* Laurent., *ξένος χαρίεις* vulg. Deinde libb. *ἦν ἐκεῖ μέγας*, quod refinxi ex coni. Dindorfii. Apud Suidam adieci *ὂν* ex sententia Gaisfordii. Repetitur idem locus s. v. *Μεσσαπίων*, v. Bernhardy Vol. II. p. 789, qui delevit hanc glossam cum Kustero, quamquam nil solennius Suidae talibus repetitionibus. Apud Thucydidem l. l. leguntur haec: *τῷ Ἄρτᾳ — ἀνανεωσάμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν* sc. *οἱ Ἀθηναῖοι*, quibus alluditur ad eam famam, de qua commemorat Plutarchus Quaestt. Gr. c. 35, Strab. VI. p. 49. *Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσσοῦ κτλ.*, quam fabulam opinor pluribus persequutus erat noster, ut potuerit haec scriptio etiam pars fuisse eius operis, quod inscribebatur *κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν*, cf. frgm. XXXVII. Arti regis mentio iniicitur etiam apud Eustath. p. 265, 31, Hesych. v. *Ἄρτας* et *Ἄρτος*, Lex. rh. in Bekk. Anecd. p. 448, 9.

8. Varia incertae sedis.

XC. Schol. vet. Pind. Ol. VII. 95. *Πολέμων γάρ φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι καὶ παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἕδος τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὅλως πολὺν κατεσπάρθαι λόγον περὶ τῶν ἀγαλμάτων ὡς μὴ μενόντων, ἀλλὰ πορευομένων ἄλλοσε πολλάκις.*

Notabilis ad Graecorum religionem iudicandam superstitio, de qua v. Lob. Agl. p. 275 sq., qui plura exempla enumerat.

XCI. Epit. Athen. II. p. 55. E. *Πολέμων δέ φησι τοὺς Λακεδαιμονίους τοὺς θέρμους λυσιλαΐδας καλεῖν.*

„Villebrunius ait, *λυσιάδας* in mss. legi, quod e neutro ex nostris enotatum. In Natalis quidem versione Lysiadas h. l. scriptum video, quod et Dalecampius in ora adnotaverat; sed poterat is error vel interpretis esse vel operarum.“ Schweigh.

Scripturam λυσιλαΐδες corruptam esse censet etiam Rankius de Hesych. p. 102.

XCII. Epit. Athen. II. p. 70. C. καὶ Σκύλαξ δὲ ἢ Πολέμων γράφει· „εἶναι μὲν τὴν γῆν ὑδρηλὴν κρήνησι καὶ ὀχετοῖσιν, ἐν δὲ τοῖς οὔρεσι πέφυκε κυνάρα καὶ βοτάνη ἄλλη," καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· „ἐντεῦθεν δὲ ὄρος παρέτεινε τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὑψηλόν τε καὶ δασὺ ἀγρίῃ ὕλῃ καὶ ἀκάνθῃ κυνάρᾳ." Δίδυμος δ' ὁ γραμματικὸς ἐξηγούμενος παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὸ κύναρος ἄκανθα κτλ.

Patet illa Scylacis esse, non Polemonis. Puto Polemonem (cuius nomen hic quoque per Didymum exstare videtur) de voce κυνάρα disputasse deque ea inter alia Scylacis illa testimonia apposuisse; certe ego hoc mihi identidem observasse videor, si idem locus a grammaticis sub duobus nominibus particula ἢ disiunctis laudatur, velut Σκύλαξ ἢ Πολέμων et frgm. X. παρὰ Πολέμωνι ἢ Ἀλκμᾶνι et similia, tunc recentiorem scriptorem eum esse, apud quem is qui citat utrumque antiquioris testimonium appositum invenerit. Scylax qui laudatur est priscus ille, qui memoratur apud Herodotum, cuius quae exstant praeter hunc locum fragmenta collecta habes ap. Klausen. Hecat. fragm. p. 254 sqq.

XCIII. Hesych. s. v. Ἠλύσιον· μακάρων νῆσος. — ἄλλοι, κεκεραυνωμένον χωρίον ἢ πεδίον. τὰ δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα, καλεῖται δὲ καὶ ἐνηλύσια. Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησὶ καὶ ἄλλοι τινὲς τὸ κατασκηφθὲν χωρίον ἢ ἱερόν.

Ms. τὸ κατασκαφὲν χ., sed cf. Hesych. s. v. ἐνηλύσια, τὰ κατασκηφθέντα χωρία ἐνηλύσια λέγονται. — — ἄλλοι δὲ τὰς ἐν τοῖς ἀβάτοις χωρίοις ἀφιδρυμένας νύμφας: et s. v. ἐνηλύσιος, ἐμβρόντητος, κεραυνόβλητος. Kusterus scribendum putabat καὶ ἄλλους τινάς, sed ἄλλοι τινὲς videntur esse ii, quorum testimonia laudaverat Polemo: deinde τὸ κατασκηφθὲν χωρίον ἢ ἱερὸν οὕτως καλεῖν, quae omnino supplenda, sed in contextum non recipienda. De re cf. Etym. M. p. 428, 30. Phot. p. 67. Suid. v. Ἠλύσιον, (ex his paucis Eudocia p. 219.), qui habent ferme eadem: οἱ δὲ κεκεραυνωμένον χωρίον ἢ πεδίον· τὰ δὲ τοιαῦτά ἐστιν (Hesych. vulgo εἰσιν) ἄβατα, καλεῖται δὲ καὶ ἐνηλύσια. Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησὶ τὸ κατασκαφὲν (sic omnes) χωρίον καλεῖν. Uberius Etym. M. p. 341, 8. οἱ δὲ τὰ κατασκηφθέντα (sic) οὕτως εἰς τὸ

ῥητορικόν· εἰς δὲ τοὺς ἐτυμολόγους εὗρον, εἰς ἃ κεραυνὸς εἰσβέβηκεν, ἃ καὶ ἀνατίθεται Διὶ Καταιβάτῃ καὶ λέγεται ἄδυτα καὶ ἄβατα. Pollux IX. 41. τὰ μέντοι ἐνηλύσια οὕτως ὠνομάζετο, εἰς ἃ κατασκήψειε βέλος ἐξ οὐρανοῦ, ὃ καὶ ἐνσκῆψαι καὶ ἐγκατασκῆψαι καὶ κατελθεῖν ἔλεγον, καὶ τὸν Δία τὸν ἐπ' αὐτοῖς (vulg. αὐτῷ) Καταιβάτην. περιειρχθέντα δὲ τὰ ἐνηλύσια ἄψαυστα ἂν εἴποις. Cf. Artemidor. Oneirocr. II. 8. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γενομένας θυσίας. Pausan. V. 14, 5. τῷ δὲ Κεραυνίῳ Διὶ — ἐποιήσαντο βωμόν, — ὅτ' ἐς τοῦ Οἰνομάου τὴν οἰκίαν κατέσκηψεν ὁ κεραυνός. §. 8. τοῦ δὲ Καταιβάτου Διὸς προβέβληται πανταχόθεν πρὸ τοῦ βωμοῦ φράγμα. Latinis talia loca audiebant *bidentalia*, v. Mueller Etrusc. II. p. 170 sqq., Hartung Relig. d. Roem. II. p. 13 sqq.

XCIV. Hesych. s. v. προσωποῦττα· Πολέμων, ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἔχον ἐπὶ τοῖς χείλεσι πρόσωπα, ἐν ᾧ τὰ ἱερὰ ἔπεμπον.

Codex ms. πολε μ' ἀγγεῖον. Musur. πολέμου ἀγγ. Valesius coni. Πολέμων, cui assentiunt ceteri. De re cf. Poll. II. 48. προσωποῦττα δέ τι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὠνομάζετο χαλκοῦν ἀγγεῖον, ἐχίνῳ παραπλήσιον, περὶ τὸ στόμα ἔχον πρόσωπα λεόντων ἢ καὶ βοῶν, ἀφ' ὧν καὶ ὠνόμασται. Cf. Corp. Inscr. no. 2860, ubi inter alia donaria recensetur φιάλη καρυωτή, πρόσωπον ἔχουσα Ἀπόλλωνος.

XCV. Hesych. s. v. συσπαστόν· τῶν τραγικῶν τι ἐγχειρίδιον ἐκαλεῖτο, ὡς Πολέμων φησί, τὸ συντρέχον ἐν Αἴαντος ὑποκρίσει.

Tenor modo in prima (σύσπαστα) modo in ultima (συσπαστά) notatur, v. Lobeck Paralipom. p. 490 sq. De re idem ad Soph. Aiac. p. 360. ed. 2.: „Sophocles — scenam ita instruxit, ut spectatores Aiacem viderent quidem gladio incumbentem, sed e longinquo et quasi per transennam, quippe silvulae contectum margine. Sed quo facilius fallerentur spectatorum oculi, Sophocles ut videtur dolonis scenici fraudem adiunxit, quo histriones πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγὰς uti tradit Achilles Tat. III. 20. p. 77. Iacobs., repertum in choragio histrionico gladium describens οὗ ὁ σίδηρος εἰς τὴν κώπην ἀνατρέχει. Atque hoc mortis mimicae, ut dicitur Petronio c. 94,

instrumento histriones, qui Aiacem agerent, esse usos apparet ex Hesychio v. *συσπαστόν*, eiusque idem duo alia nomina tradit, unum *ἀνδρομητόν*, *συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ τραγικοῖς*, i. e. quod Achilles dicit *ἀνατρέχον*, alterum minus expeditum *ἄηκτον*, *συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Ταραντίνοις*. Eundem ad usum comparatum fuisse cludinem mimorum Lipsii opinio est Elect. I. 18. et Carpzovii Parad. Arist. I. 7. p. 121, idemque clunaculum dici putant, quo potius *παραμήριον* significari videtur, v. Spanhem. ad Iulian. Or. I. 252, Oudendorp. ad Appul. Apol. p. 560. Ad Polemonis testimonium gravissimum accedit quod Schol. ad v. 864. perhibet Timotheum histrionem *σφαγέα* cognominatum esse, quod Aiacem agens speciem occidentis pulcerrime assimularet." *συσπαστὸν ἐγχειρίδιον* est pugio contractilis, velut *συσπαστὰ βαλάντια* memorat Plat. Sympos. p. 190. E, cf. Athen. XI. p. 783. F. Poll. V. 31. X. 152; *ἀνδρομητὸν ἐγχειρίδιον* dicebatur etiam *ἀνδρομηρόν*, cf. Cuper Observ. IV. c. 20. p. 193; pro *ἄηκτον* cod. ms. *ἀήητον*.

XCVI. Hesych. s. v. *Σκυδικαί. Πολέμων παρὰ Ἑρμοδώρῳ γεγράφθαι φησί· „ὑποδήματα δὲ φορεῖν τὴν ἐλευθέρην Σκυδικὰς λευκὰς καὶ μασθλητίνας."*

Videtur vir diligentissimus, quum ageret de Scythicis, notasse sibi scripturam rariorem; nam vulgo et recte scribitur *Σκυθικαί*, v. Harpocr., Phot., Suid. s. v. *Σκυθικαί· εἶδός τι ὑποδήματός εἰσιν, ὡς Ἀλκαῖος ἐν η', Σκυθικὰς ὑποδησάμενος*; cf. Steph. B. v. *Σκύθαι*, Moschopul. *π. σχεδῶν* p. 253. ed. Vindob. *Σκυθικαί, εἶδος ὑποδήματος, Σκυθῶν εὕρημα, ὥσπερ αἱ Ἀργεῖαι Ἀργείων κτλ.*, quae ducta sunt ex Poll. VII. 88. — Hermodorus videtur esse Platonicus, qui scripsit *περὶ μαθημάτων*, Diog. L. I. 2. 8. II. 106. III. 6, et *περὶ Πλάτωνος*, v. Simplic. in Aristot. Phys. fol. 54. a, et qui propter suorum ipsius librorum mercaturam, quam faciebat in Sicilia, abiit in proverbium, v. Zenob. Proverb. V. 6. Append. Vat. II. 63. Suid. v. *λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.*

XCVII. Hesych. s. v. *ἡδύπνουν, νεογνὸν καὶ ἁπαλὸν πρόβατον, γαλαθηνόν, τὸ μήπω πόας γευσάμενον. Πολέμων φησὶν ὑπὸ τοῦ Πυθίου κληθῆναι.*

Musur. ἢ ὁ ῥέμων, ex ipso codice, ut videtur; nam nihil de hoc adnotat Schowius. Sopingius refingendum censuit Ἀρτέμων vel Ἑρμώναξ, qui interdum appellatur Ἕρμων, de quo cogitavit etiam Kusterus. Is. Vossius Πολέμων, quod ad scripturam codicis (ΗΟΡΕΜΩΝ) proxime accedere videtur. ὁ Πύθιος est Apollo Pythius. Ceterum cf. Phot. v. ἡδύχρους, τὸ ἐν γάλακτι ὑπάρχον ἀρνίον καὶ μήπω γεγευμένον πόας, ὃ καὶ ἡδύπνουν λέγουσιν.

XCVIII. Suid. s. v. ἵππος Νισαῖος. μεταξὺ τῆς Σουσιανῆς καὶ Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ Καταστιγώνα, ὅπερ Ἑλλάδι γλώσσῃ Νῖσος καλεῖται· ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνονται. οἱ δέ, ἀπὸ ἐρυθρᾶς θαλάσσης, εἶναι δὲ ξανθὰς πάσας. ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῆς Μηδίας τὸν τόπον εἶναι Νισαῖον. ὁ δὲ Πολέμων κακῶς φησι λευκὸν ἵππον Νισαῖον. ἐν δὲ Λίκτνι Ὀρφεὺς λέγει, ὅτι ἡ Νίσα τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρᾷ κείμενος.

Color equorum Nisaeorum haud dubie non unus omnium erat, verum sicut in reliquis ita etiam in hoc genere albus color nobilissimus fuerit. Ceterum cf. Herod. VII. 40. c. nota Baehrii, III. 106. IX. 20. Orphei locum tractat Lobeck Agl. p. 465. Adde Arrian. VII. 13. πεδίον Νυσαῖον, ἵπποι Νυσαῖοι, Ammian. Marcell. XXIII. 6, 30. *fetus equarum nobilium — quos Nesaeos* (in Herodoto aliquot libb. Νησαῖοι) *appellant*; cf. Iacobs Animadv. Anthol. III. 3. p. 9.

XCIX. Ammon. de differ. verb. s. v. χλαμὺς καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ διὰ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι δευτέρῳ Ἰλιάδος. ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωικὸν φόρημα, χλαμὺς δὲ Μακεδονικόν, μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν ἡρωικῶν ὀνομασθεῖσα. Σαπφὼ πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος. διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι. ἡ μὲν γὰρ χλαῖνα τετράγωνον, φησίν, ἱμάτιον, ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω συνῆκται. καὶ τοὺς χρησαμένους πολὺ ἀπ' ἀλλήλων διεστάναι· προσάγεται Ἀριστοτέλην, Φύλαρχον, Πολέμωνα, ὅτι πολὺ διαφέρουσι.

Didymus de hac re ad Il. β'. 183. commentatus esse videtur, v. Scholl. Venet. ad h. l.: χλαῖνα ἡ τετράγωνος, χλαμὺς ἡ εἰς ὀξὺ λήγουσα. De chlamyde cf. Proverb. Vat. II. 14. Θετταλικὰ πτερά, ἀπὸ τοῦ τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας ἔχειν πτερύγια εἴρηται· ἐοίκασι γὰρ πτέρυξιν αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι. De chlaena

praeter eos, qui disputant de differentia inter *πέπλον*, *φᾶρος*, *χιτῶνα*, *χλαῖναν* (Scholl. Il. ω'. 228. 229.), cf. Philem. p. 119. Osann. De utroque vestimento adiecta etiam chlanide disputat etiam Choeroboscus Orthogr. p. 278, 24. ap. Cram. Anecd. Oxon. II. *ἰστέον ὅτι διαφέρει χλαῖνα χλαμύδος καὶ χλανίδος· χλαῖνα μὲν γάρ ἐστι τὸ παχὺ καὶ χειμερινὸν ἱμάτιον, παρὰ τὸ χλαίνειν, χλανὶς δὲ ἡ λεπτὴ τὴν ἐργασίαν καὶ τρυφερά, χλαμὺς δὲ ἡ περιφερὴς ἤγουν τὸ λεγόμενον σαγομάντιον*: quem patet de inferiore aetate loqui. Inter recentiores v. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 111, Hemsterh. ad Poll. X. 124, Wyttenb. Animadv. ad Plut. I. p. 307. De chlamyde Mueller Dor. II. p. 266, Archaeol. §. 337. Didymus sententiam suam testimoniis multis apponendis comprobaverat, inprimis Aristotelis, Phylarchi, Polemonis. Hi dicuntur *οἱ χρησάμενοι* sc. *ἐκείναις ταῖς λέξεσι*. Hi multum inter se de vestibus illis discrepabant: et promtum est formas earum per diversa tempora oppidaque diversissimas fuisse.

C. Zenob. IV. 21. *ἠλιθιώτερος τῆς Πραξίλλης Ἀδώνιδος. Πράξιλλα Σικυωνία μελοποιὸς ἐγένετο, ὥς φησι Πολέμων. αὕτη ἡ Πράξιλλα τὸν Ἄδωνιν ἐν τοῖς μέλεσιν εἰσάγει ἐρωτώμενον ὑπὸ τῶν κάτω, τί κάλλιστον καταλιπὼν ἥκει; ἀποκρίνασθαι· ἥλιον καὶ σελήνην καὶ σικύους καὶ μῆλα. ὅθεν εἰς παροιμίαν παρήχθη ὁ λόγος· ἠλίθιον γὰρ τὸ τῷ ἡλίῳ παραβάλλειν τοὺς σικύους.*

En ipsos versus, quibus respondit Inferis Adonis Praxillae:

κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάος ἠελίοιο,
δεύτερον ἄστρα φαεινὰ σεληναίης τε πρόσωπον
ἠδὲ καὶ ὡραίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ὄχνας.

Publicavit eos Montefalc. in Bibl. Coisl. p. 604. et Gaisford in editione Paroemiographorum, cf. Schneidewin Goett. Gel. Anz. 1837. no. 85, qui citat scriptionem viri docti Francogalli, cui nomen Rossignol, sur l'Adonis de Praxilla, Iourn. d. Sav. 1837. p. 36—47, quam totam versari dicit in excusatione Praxillae. Arduam iste rem suscepit, sed quae est hominis elegantioris, mulierculae patrocinari contra vocem populi. Rem memorant, sed brevius et corrupte, etiam Dioge-

nianus V. 12. et Apostol. IX. 81, qui addunt similia proverbia esse *ἀνοητότερος Ἰβύκου καὶ Κορύβου* (?) *καὶ Μελιτίδου*, de quibus non constat praeterquam quod de Ibyco addit cod. Bodlei. 203. ap. Gaisf. *Ἴβυκος γὰρ τυραννεῖν πολιτῶν δυνάμενος ἀπεδήμησεν εἰς Ἰωνίαν.* Cf. etiam Suid. v. *ἠλιθιάζω* et Tatian. Orat. ad Gr. §. 52, ubi Praxilla dicitur *μηδὲν εἰποῦσα διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον*, unde existimes unum peccatum quantum pateat ad existimationem alicuius obterendam. Idem Tatianus narrat Lysippum statuam aeream Praxillae fecisse. De poematis et fragmentis huius poetriae cf. Athen. XIII. p. 603. A. XV. p. 694. A. Paus. III. 13, 3. coll. Schol. Theocr. V. 83. Schol. Arist. Vesp. v. 1232. Hephaest. p. 22. 43. Gaisf., Cram. Anecd. Oxon. vol. IV. p. 326, 20; coll. Schneidewin l. c. et Bergk de reliq. com. Att. antiq. p. 227 sq. Ad eandem haec sententia referenda: *ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίον ὦ ἑταῖρε φυλάσσεο* et *πάντα λίθον κίνει*, quae habentur ap. Schol. cod. Rav. Aristoph. Thesmoph. 528. *ἐκ τῶν εἰς Πράξιλλαν ἀναφερομένων.* Quibus simillima sunt quae leguntur in tractatu de barbarismo et soloec. p. 205. ed. Valcken. (una cum Ammonio edito): *ἕνα λίθον ἄρας πένθ' ὑπῆσαν σκορπίοι*, ubi quod deest apud Valckenarium *ἄρας*, id a me adiectum est ex cod. ms. Hamburgensi p. 363, eodem quem in Dionysio Thrace cum scholiis edendo consuluit Bekkerus; v. huius Anecd. p. 1136 sq.

CI. Hellad. Chrestomath. apud Phot. Bibl. p. 872. Hoesch. *ὅτι παροιμίαν εἶναί φησι τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν. φησὶ γὰρ ὁ Πολέμων, ὡς μαρτυρεῖ Δίδυμος· δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδάνιπτρα.*

Amputavit haec Photius, ut quid Polemo de illo proverbio dixerit dignosci non amplius possit; nam illud *δεξιὸν — ποδάνιπτρα* solennis huius proverbii formula est, v. Zenob. III. 36; Suid. s. v. *δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον* (Suid. vitiose *ποδονίπτραν*)· *Ἀριστοφάνης ἐπὶ τῶν ἁρμοδίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων*: quod de Aristophane grammatico accipiunt Dindorf Frgm. Aristoph. p. 137. (a quo quod proponitur scribendum *ὑποδήματ'*, id repugnat sententiae) et Bernhardy Suid. vol. I. p. 1207. Similis sententia inter praecepta

Pythagoreorum recensetur ab Iambl. Vit. Pythag. 83. Forma *ποδάνιπτρον* invenitur in fragmentis Aristophanis (no. 209. Dindorf.) ex Poll. VII. 167. X. 78. Homerus plurali uti solet. Scriptura *ποδόνιπτρον* inferioris aetatis est, v. Lob. Phryn. p. 689. Alia Atticorum forma erat *ποδανιπτήρ*, v. Bergk. de reliq. com. Att. p. 429. *λεκάνη ποδανιπτήρ* Corp. Inscr. no. 3071.

CII. Io. Lydus frgm. de Mensibus p. 274. B. ed. Hase. *καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν* (sc. *τὸν Κρόνον*) *ἡ ἱστορία παραδίδωσι — κατά τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν, [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους καὶ [πόλ]ιν κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησί, τ[ὴν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡ[ς Ἰ]σίγον[ος περὶ Ἑλλην]ικῶν θεῶν καὶ Πολέμων καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ π[αραδιδόασιν].*

Uncinis inclusa supplementa sunt Hasii. Quid Polemo tradiderit quid ceteri, propter nominum multitudinem difficile est dictu. De Charace constat ex Suida et ex Stephano B.; de Isigono cf. Hase in Animadv. p. 335. De re G. Hermannus Dissert. de Aeschyli Aetnaeis p. 4. conferri iubet Diodorum S. III. 61. *δυναστεῦσαι δέ φασι τὸν Κρόνον κατὰ Σικελίαν καὶ Λιβύην, ἔτι δὲ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὸ σύνολον ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν τόποις συστήσασθαι τὴν βασιλείαν, παρὰ πᾶσι δὲ φρουραῖς διακατέχειν τὰς ἀκροπόλεις καὶ τοὺς ὀχυροὺς τῶν τόπων. ἀφ' οὗ δὴ μέχρι τοῦ νῦν χρόνου κατά τε τὴν Σικελίαν καὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν νεύοντα μέρη πολλοὺς τῶν ὑψηλῶν τόπων ἀπ' ἐκείνου Κρόνια προσαγορεύεσθαι.* Idem addit: „ad horum Croniorum unum pugnatum est inter Carthaginienses et exercitum Dionysii, de qua pugna idem Diodorus scripsit XV. 16. Sitne hoc illud Cronium, quod ab Himilcone captum refert Polyaenus Strateg. V. 10, 5, non ausim affirmare.“ — Poterant haec etiam ad *κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν* (cf. frgm. XXXVII sq.) referri.

CAPUT III.

DE HISTORIA ATQUE ARTE PERIEGETARUM

EIUSQUE ARTIS CUM CETERIS LITTERIS, MAXIME CUM ARTE GRAMMATICA CONIUNCTIONE.

De periegetis quamquam a multis passim dictum est, tamen nondum ita dictum videtur atque meret et requirit res per omnem antiquitatis graecae scientiam artiumque et mythologiae historiam latissime patens. Quocirca quoniam Polemonis, inter periegetas facile principis, usus nunc quantum per aetatem licet patescit, adiuncto huic Pausania, quem ex ingenti similium scriptorum numero unum nunc habemus integrum, utroque velut exemplis utar, quibus omnis periegeticae artis ratio atque indoles aestimari queat, simulque additis quae attinent ad nomen atque origines huius artis expromendas studebo ut universum hoc scribendi genus proprium fuisse demonstrem atque a ceteris litterarum graecarum partibus professione peculiari discretum, interiore vero ratione h. e. iis quae tractabantur rebus ita cum historicorum potissimum et geographorum et grammaticorum maxime artibus coniunctum, ut maxima inde ad illas utilitas laetissimique doctrinae atque rerum omnium fructus redundaverint.

§. 1. De nomine periegetarum iam primum si quaeratur, gravissimum est ut inter duplex περιηγήσεων genus recte distinguatur, geographicum dico et antiquarium; quod quum iis qui ante me hanc quaestionem attigerunt fere neglectum sit, magnas sibi ipsi turbas fecerunt neque veram eius artis, quam Polemo professus est, indolem facile assequuti sunt. Utriusque generis viva exempla exstant, alterius Pausanias (qui tamen praeter periegetae etiam historici partes agit), alterius Dionysius Periegeta, quorum quid cuique proprium sit

si quis animo recordetur, is facile diversi eos generis esse mihi concedet. Pausanias et qui sunt eius similes, Polemo, Diodorus, Heliodorus, toti sunt in monimentis locorum describendis, signis, tabulis, delubris, inscriptionibus: haec antiquaria doctrina enarrantur, a causis historicis mythicisve repetuntur, ad memoriam et mores priorum temporum illustrandos revocantur. Nihil ultra curant, nihil omnem terrae naturam et figuram, nihil oppidorum situs, regionum amoenitates, littorum flexus, fluminum cursus atque anfractus: sive tangant talia, propter monimentum aliquod insignemque aliquam loci proprietatem tangunt, non propter ipsam rem ad certam scientiam vividamque descriptionem exprimendam. Contra Dionysium Periegetam nihil obstat quominus geographis adnumerandum putemus. Aggreditur enim, ut ipsius verbis utar,

γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν
καὶ ποταμοὺς πόλιάς τε καὶ ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα·
μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυρρόου κτλ.,

omnem terrae orbem carmine concelebrat, gentes percurrit, oppida, flumina, montes persequitur.

§. 2. Qui hunc commentario ornavit Eustathius satis longa dissertatione quid significet nomen *περιηγητὴς* et *περιηγεῖσθαι* explicavit, falsis admixtis veris, neque tamen de omnibus promiscue periegetis, verum de iis dumtaxat qui Dionysii similes sint loquutus, ut caute eius testimonio utendum sit, quod parum caverunt eius interpretes, Henr. Stephanus, Holstenius, Bernhardy (ad Dionys. P. p. 518 sqq.), quibus adde Salmasium ad Solin. p. 97 sq. Hi geographicam periegesin Dionysii cum antiquaria Pausaniae et Polemonis miscendo, partim etiam *τοὺς τῶν ἱερῶν ἐξηγητάς*, qui Atheniensibus proprii erant, cum monimentorum exegetis, qui alio nomine appellabantur periegetae perque omnem Graeciam artem suam exercebant, confundendo impediverunt magis rem quam expediverunt. Longe meliorem viam ingressi sunt qui de periegetis istis s. exegetis monimentorum particulariter dixerunt, Hemsterhusius ad Lucian. Dial. Mort. XX. vol. II. p. 501. Bip.,

Ruhnkenius in Tim. p. 109 sq.; cf. Creuzer Fragm. Histor. p. 19 sq., Boettiger Archaeol. d. Malerei p. 300, O. Mueller Archaeol. §. 35, 3. Ego si omnem rem denuo excutiendam suscepi, operae pretium futurum confido, si commune illud utriusque scribendi generis, geographici atque antiquarii, nomen quid proprie significet quid derivate, et quo modo factum videatur ut eodem nomine appellarentur artes per se satis diversae, ad meam quaestionem convenienter explicavero.

§. 3. *Περιηγεῖσθαι* proprie est *ἡγεῖσθαι* iis, qui loca aliqua circumeunt. Ita Herodotus VII. 214. de iis, qui Persis semitam praeiverunt, qua agmen circumductum Graecis Thermopylas custodientibus a tergo invaderet: *περιηγησάμενοι τὸ οὖρος τοῖσι Πέρσησι.* Statim accedit significatio monstrandi atque exponendi, quam apposite ad illam adnectit Doxopater Homil. in Aphthon. ap. Walz. Rhett. Gr. II. p. 512. *περιηγεῖσθαί ἐστι τό τινα προϊέναι τινὸς καὶ δεικνύειν αὐτῷ ἃ μήπω τεθέαται· τὸν δὲ διαπραττόμενον περιηγητὴν φαμεν.* Periegetae autem nomen peculiariter pertinet ad eos, qui peregrinantibus ea, quae per singula oppida spectaculo erant, praeibant atque interpretabantur. Constat de his hominibus vel ex Pausania vel ex Plutarcho de Pythiae oraculis, qui dialogus habetur inter hospites Delphorum monimenta visitantes, adstantibus et singula praeeuntibus duobus periegetis Delphicis. Circumeunt illi templa, thesauros, porticus. Ita cap. 7. deferuntur ad *τὸν Ἱέρωνος ἀνδριάντα τοῦ τυράννου,* ubi quum nota ista et de trivio sumta a periegetis expromerentur, bonus ecce hospes, quamquam sciens omnia, *παρεῖχεν ὅμως ὑπὸ εὐκολίας ἀκροατὴν αὐτόν.* Porro ducuntur *κατὰ τὴν πέτραν τὴν κατὰ τὸ βουλευτήριον, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν κτλ.* Praesto sunt periegetae, causas quae dicebantur (*αἰτίας*) atque origines vel mythologicas vel historicas suppeditantes. Deinde cap. 12. perveniunt ad thesaurum Corinthiorum, *ἐν δὲ τῷ Κορινθίων οἴκῳ τὸν φοίνικα θεωμένοις τὸν χαλκοῦν, ὅσπερ ἔτι λοιπός ἐστι τῶν ἀναθημάτων, οἱ περὶ τὴν ῥίζαν ἐντορνευόμενοι βάτραχοι καὶ ὕδροι θαῦμα τῷ Διογενιανῷ παρεῖχον, ἀμέλει δὲ καὶ ἡμῖν.* Iam deferuntur ad thesaurum Acanthiorum et Brasidae: monstrat periegeta

χωρίον, ἐν ᾧ Ῥοδώπιδος ἔκειντό ποτε τῆς ἑταίρας ὀβελίσκοι σιδηροῖ κτλ. Denique posteaquam omnia quae visenda erant naviter percucurrerunt totamque Delphorum περιήγησιν perpetraverunt, assidentes colloquuntur, cap. 17. περιελθόντες οὖν καθεζόμεθα κτλ. — Vides iam hinc qui fuerint periegetae: genus hominum industriosum et quaestuosum, qui id studium negotio sibi ac professioni habebant, quo ferebantur Graeci omnes et per eos etiam Romani, artium opera mirandi, historiae monimenta visendi, antiquitates scrutandi, fabulas crepandi, quicquid ultra vulgarem usum et opinionem esset sectandi sermonibusque crebris ad fastidium usque concelebrandi.

§. 4. De periegetis infra plura dicentur: nunc iuvat vocabulum περιηγεῖσθαι persequi. Vidimus proprie hoc ita accipi, ut vere praeeat aliquis alicui praeeundoque ostendat ei quae visenda sunt. Retinet vox localem illam significationem etiam apud Lucianum Navig. c. 2, ubi navim Aegyptiam in Piraeeo appulsam spectantes Athenienses circumducuntur a naupego Aegyptio, qui dicitur iis περιηγεῖσθαι τὸ πλοῖον. Charons. Contempl. c. 1. περιήγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὥς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι, quod ex antecedentibus explicandum esse monet Hemsterhusius, ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπεριοστῶν καὶ δείξεις ἕκαστα. Dial. Mort. 20. περιήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου h. e. circumducendo singula mihi, quae sunt in orco memoratu digna, explica. Ita Lucianus. Apud ceteros vero scriptores notatio illa loci fere amissa est, ut περιηγεῖσθαι significet nihil praeter id quod indicat Eustath. ad Dionys. P. p. 76 sqq. coll. Scholl. Lucian. l. c., τὸ κατὰ λεπτὸν s. εἰς λεπτόν, λεπτομερῶς διηγεῖσθαι, ἀφηγεῖσθαι, quod Latinis vocabulo ex Graeco aperte expresso dicitur *circumvehi*, *circumvectari*, v. Virgil. Georg. III. 84. Cir. 271. Solin. c. 3. p. 17. D. Laudatur in hanc significationem ab Eustathio Hermogenes de Eloq. Meth. c. 33. ἐν δὲ τῷ κατὰ Κόνωνος Δημοσθένης τῆς ὕβρεως περιήγησιν ἐποίησεν, ἀκριβῶς ἕκαστα διηγούμενος: cui loco solent addere Athen. VII. p. 278. D. de Archestrato gulonum praeceptore, qui ipse dicitur περιηγητὴς ib. VII. p. 294. A. ὥσπερ οἱ τὰς περιηγήσεις καὶ τοὺς περίπλους

ποιησάμενοι μετ' ἀκριβείας ἐθέλει πάντα ἐκτίθεσθαι, ὅπου ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον βρωτόν, et Aphthon. Progymn. cap. 21. vol. I. p. 103, 18. Walz. ἔκφρασίς ἐστι λόγος περιηγηματικός, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον, quae verba interpretatus Doxopater (Walz. vol. II. p. 512.) καὶ τὸν ποιητήν, inquit, i. e. Homerum, διὰ τοῦτο περιηγητὴν ὠνόμασαν, ὅτι διὰ τῶν αὐτοῦ λόγων ὡσανεὶ τὴν ὑφήλιον πᾶσαν προϊὼν ἡμῶν δείκνυσι, ποταμούς τε καὶ λίμνας καὶ χώρας ἔθνη τε καὶ διαφόρους τῆς γῆς ποιότητας (cf. Schol. Il. μ'. 239.), quae patet iam ad geographicam vocis usurpationem vergere. — Ceterum nihil primae significationis et derivatae etiam istius minimum retinuit vox περιηγεῖσθαι apud Aelianum, qui admodum frequentat eam, v. Iacobs ad Hist. Anim. IX. 50, sed ut nihil ferme discrepet a vulgari ἀφηγεῖσθαι, cf. Hist. An. II. 39. IV. 30. al., quamquam peculiariter etiam ab hoc ponitur de explicatione accuratiore, velut grammaticorum, cf. ib. VII. 43. de Libero hiante: καὶ τοῦτο ἀκουέτω Ἐρατοσθένους τε καὶ Εὐφορίωνος καὶ ἄλλων περιηγουμένων αὐτό.

§. 5. Iam hinc devertamus ad geographos, ut quid his fuerit περιήγησις et περιηγεῖσθαι copiosius persequamur. Consulendus inprimis Strabo. Is περιήγησιν dicere solet eam terrarum descriptionem, quae spectat ad τὰ ἕκαστα, velut V, 2. p. 553. Tauchn. ἡ Λιγυστική, οὐδὲν ἔχουσα περιηγήσεως ἄξιον. III. p. 254. post digressionem universalem, ἐπάνειμι, inquit, ἐπὶ τὴν περιήγησιν: sequitur particularis singulorum oppidorum, gentium enumeratio, quae alibi dicuntur τὰ καθ' ἕκαστα, velut IV. p. 283. νυνὶ δὲ λεκτέον τὰ καθ' ἕκαστα. In qua divisione quae sint τὰ καθόλου patet ex hoc loco I. p. 20. οὕτως δὲ καὶ οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν ποιοῦνται, μὴ προστιθέντες ὅσα ἐκ τῶν μαθημάτων καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων συνάπτειν προσῆκε. Qui hoc facerent, qui mathematicas et astronomicas orbis terrarum rationes persequerentur, eos peculiariter geographos dici volebant, ceteros ab se excludendos et ad chorographos et topographos relegandos putabant. Quam divisionem, ab Eratosthene opinor inchoatam, maxime excoluit Ptolemaeus Geogr. I. 1, quid inter geographiam et chorographiam interesset

perquirens: *ἡ γεωγραφία — διαφέρει τῆς χωρογραφίας, ἐπειδήπερ αὕτη μὲν ἀποτεμνομένη τοὺς κατὰ μέρος τόπους χωρὶς ἕκαστον καὶ καθ' αὑτὸν ἐκτίθεται — —, τῆς δὲ γεωγραφίας ἴδιόν ἐστι τὸ μίαν τε καὶ συνεχῆ δεικνύναι τὴν ἐγνωσμένην γῆν, ὡς ἔχει φύσεώς τε καὶ θέσεως κτλ.* Ptolemaeum exscripserunt Scholl. Dionys. P. p. 317. Bernh. et Eustath. ib. p. 78, qui falsa admiscuit in eo, quod utramque, et geographiam et chorographiam, partes esse dicit *τῆς περιηγήσεως* sive *περιόδου*, p. 77. *ἰστέον γὰρ ὅτι περίοδος γῆς καὶ περιήγησις ταὐτὸν νοοῦσι. — — καὶ οὕτω μὲν περίοδος γῆς καὶ περιήγησις εἰς ἕνα κατὰ πολυωνυμίαν συνάγονται νοῦν καί εἰσιν ὀνόματα γενικά, ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὰ τήν τε γεωγραφίαν καὶ τὴν χωρογραφίαν ἤτοι τοπογραφίαν. — — ἡ μέντοι χωρογραφία περιήγησις μέν ἐστι καὶ αὐτὴ καὶ περίοδος γῆς, καθὰ καὶ ἡ γεωγραφία.* Recte posuit *περιήγησιν* et *περίοδον γῆς* eandem rem esse, itemque *χωρογραφίαν* et *τοπογραφίαν*, sed fallitur egregie quod periegesi subiectam esse dicit et geographiam et chorographiam, quum vere sit nonnisi duplex scribendi genus, alterum quod *τὰ καθόλου*, alterum quod *τὰ καθ' ἕκαστα* persequitur: qui illud tractabant, ii opera sua inscribere solebant *γεωγραφούμενα, γεωγραφικὰς ζητήσεις, γεωγραφίας*, similiter; alteri componebant *χωρογραφίας* s. *τοπογραφίας, περιηγήσεις* s. *περιόδους γῆς, περίπλους* s. *περὶ λιμένων* etc. Quamquam in omni horum nominum usurpatione et distributione haud prius talis consuetudo obtinuisse videtur quam inde ab aetate Eratosthenis, quum antiquioribus temporibus, quibus geographia non tam per se quam coniuncte cum historia tractaretur, ista nomina plurimum adhiberentur de adumbrationibus et delineationibus terrarum, non de descriptionibus per litteras conditis: ut mihi quidem non sit dubium quin Hecataei et Hesiodi *περίοδοι γῆς*, quibus utebantur Alexandrini, si non rebus omnibus, tamen nominibus istis atque conceptione noviciae fuerint et adulterinae. Ad *περιηγήσεις* vero sive *περιόδους γῆς* quod attinet, vides *περιήγησιν* in hac denominatione significare eam orbis terrarum descriptionem, quae singulas terrae partes persequitur, ut notio circumducendi compareat in eo, quod *orbis* aliquis terrarum (sive hic amplectatur *τὴν οἰκουμένην* sive in omnibus alicuius civitatis partibus una comprehensis cernatur) illustrandus pro-

ponitur, notio descriptionis accuratioris in hoc, quod singula oppida, flumina, montes, gentes enumerantur. Quamquam in iis, quae nunc exstant, *περιηγήσεσι* magis id agitur ut orbis efficiatur, quam ut singula expromantur accurate. Antiquiores quomodo in hoc scribendi genere versati sint parum liquet; recentioribus periegesis geographica exstitit docti carminis genus, quod frequentabant inde a temporibus Apollodori Atheniensis, qui edidit *χωρογραφίαν ἐν κωμικῷ μέτρῳ, γῆς περίοδον ἐπιγράψας*, Strab. XIV. p. 234. cf. Heyne Apollod. frgm. p. 1126 sq., et Scymni Chii, quibus fere aequalis fuisse videtur Alexander rhetor cognomine *Λύχνος*, de quo v. Strabo XIV. p. 177. *ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποιήματα.* Hos imitati sunt Dionysius Periegeta, Priscianus, Avienus. De aliis, quorum opera in deperditis sunt, v. Bernhardy l. c. p. 521, Ebert. Diss. Sic. p. 163.

§. 6. Revertendum ad periegesin antiquariam. Quae equidem non dubito quin tota repetenda sit a periegetis istis sive exegetis monimentorum, de quibus modo (§. 3.) dictum est obiter, nunc disputabitur peculiariter. Videtur enim mihi accuratior horum hominum, quales fuerint, cognitio non modo ad Polemonem, Pausaniam, similes scriptores iudicandos gravissima esse, verum ad omnes antiquitates graecas et mythologiam et artis historiam pertinere, quum et disciplinae illae et hi scriptores, qui illas illustraverunt, plurimum ab iis traxerint, scriptores etiam, id quod et artis nomen et ipsae res in quibus versantur docent, nihil aliud fecerint quam litteris tradiderint et per omnem terrarum orbem persequuti sint ea, quae illi nonnisi in singulis quisque civitatibus et praesentibus colloquiis interpretabantur, quum peregrinantibus visenda praeirent. Et primum ut id exemplis comprobem, quod dixi periegetas s. exegetas *τῶν ἐπιχωρίων* per omnia oppida, ubicunque exstabant *ἐς ἐπίδειξιν ἥκοντα*, ut solet Pausanias loqui, disseminatos fuisse, en accipe recensum earum civitatum, in quibus Pausanias periegetas a se consultatos esse diserte memorat: Athmonensium et Myrrhinusiorum *ἐξηγηταί* I. 31, 3; Megaren-

sium *ἐξηγηταί* I. 41, 2. 42, 4; Argivorum *ἐξηγητής* I. 13, 7; Sicyoniorum *ἐξηγηταί* II. 9, 7; Troezeniorum II. 31, 6; Messeniorum IV. 33, 6; *ὁ ἐξηγητὴς ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ* V. 10, 2. 18, 2; *οἱ Ἠλείων ἐξηγηταί* V. 6, 4. 21, 4. 5; *ὁ τῶν ἐπιχωρίων Πατρεῦσιν ἐξηγητής* VII. 6, 4; Plataeensium *ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητής* VIII. 3, 3; *οἱ Δελφῶν ἐξηγηταί* X. 28, 4; *οἱ τῶν Λυδῶν ἐξηγηταί* I. 35, 6. His adde ex Varrone ap. Non. Marcell. p. 419, 10. *mystagogos* (*μυσταγωγεῖν* i. q. *περιηγεῖσθαι*, Strab. XVII. p. 455. Tauchn. cf. Lobeck Agl. p. 28 sq.) *Iovis Olympiae et Minervae Athenis;* et ex Cicerone Verr. IV. 59. mystagogos Syracusanorum, *qui hospites ad ea, quae visenda sunt, ducere solent et unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant.* — Quos homines pluribus saltem in locis auctoritate aliqua publica affectos fuisse probabiliter existimat Ruhnkenius ad Tim. l. c.; quamquam crediderim in insignioribus tantum urbibus, quae abundarent templis, donariis, ornamentis, periegetas proprio loco constitutos fuisse, in minoribus sacerdotes, praesertim eos qui erant inferiorum ordinum, idem negotium habuisse, *νεωκόρους* et aedituos, penes quos erat custodia templorum, quos Pausanias V. 11, 5. nominat *τοὺς περὶ τὸ ἱερόν*: velut etiam nunc quibusdam in locis sunt qui hoc peregrinos circumducendi munere veluti publice et peculiariter fungantur, quos Itali vocant Cicerones, quum nobis vulgo idem praestare soleant aeditui.

§. 7. Antiquos illos rerum memorabilium monstratores Plutarchus solet *περιηγητὰς* appellare, Pausanias *ἐξηγητάς*, quorum nominum illud comprehendit interpretationem, quam profitebantur, antiquariam signorum, picturarum, monimentorum omnium; velut est in fragmentis Polemonis (frgm. LVIII.): *ὁ περιηγητὴς ἐξηγούμενος διάθεσιν ἐν Φλιοῦντι γεγραμμένην*, cf. Paus. V. 21, 1. *τὸ δὲ ἀπὸ τούτου μοι πρόεισιν ὁ λόγος ἔς τε τῶν ἀνδριάντων καὶ ἐς τῶν ἀναθημάτων ἐξήγησιν*, IX. 36, 3. *πυραμίδας τὰς παρὰ Αἰγυπτίοις — ἐξηγήσασθαι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον*, Callixenus Rhodius ap. Athen. p. 197. C. in descriptione pompae a Ptolemaeo Philadelpho ductae: *τὴν κατασκευασθεῖσαν σκηνὴν ἐν τῷ τῆς ἄκρας περιβόλῳ — ἐξηγήσομαι*, et paullo post: *ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὴν σκηνὴν διεληλύθαμεν, ποιησόμεθα καὶ τῆς πομπῆς*

ἐξήγησιν. Requirebat haec periegeticae artis pars doctrinam variam, partim historicam partim grammaticam, praeterque hoc studium cognitionem earum rerum atque fabularum, quas homines de plebe in singulis civitatibus tradendo de maiorum memoria servare et propagare solent. Origines urbium edissertandae erant, fabularum causae aperiendae, donariorum occasiones explicandae, artificum nomina recensenda. Maximam sibi ab iis postulabant diligentiam fabulae, summa ista rerum interpretandarum lenocinia, quibus Graecorum potissimum aures quantum indulserint in vulgus notum est. In fabulis narrandis adeo sedem suam quaestusque faciendi fundamentum habebant periegetae, ut Lucianus si quis fabulas de Graecia sustulerit, periegetis pereundum fore affirmet, Philops. §. 4. *εἰ γοῦν τις ἀφέλοι τὰ μυθώδη ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲν ἂν κωλύσῃ λιμῷ τοὺς περιηγητὰς αὐτῶν διαφθαρῆναι, μηδὲ ἀμισθὶ τῶν ξένων τὰληθὲς ἀκούειν ἐθελησάντων*: unde simul constat, quod per se convenit, lucellum captasse periegetas. Neque dici potest quantum ea, de qua nobis ex Pausania maxime aliisque id genus scriptoribus constat, mythologia ex anili horum hominum loquacitate traxerit, id quod ii potissimum velim attendant, qui quicquid fabellarum apud Pausaniam memoratur, id bona fide accipiunt cupideque etiam arripiunt velut ab extrema antiquitate illibate propagatum. Permulta ab illis in fabulis novata esse quum per se credibile sit, tum certis ipsius Pausaniae testimoniis constat. Raro enim isti homines, sordido plerumque opinor loco nati, adeo modesti ac sinceri erant, ut si nihil ipsis de monimento quodam constabat, ignorantiam profiteri mallent quam comminisci nescio quid. Quamquam interdum talibus occurrebat Pausanias, cf. I. 31, 3. *πυνθανόμενος δὲ σαφὲς οὐδὲν ἐς αὐτὰς* (sermo est de Diana Colaenide et Amarysia) *ἐπισταμένους τοὺς ἐξηγητὰς εὗρον, αὐτὸς δὲ συμβάλλομαι κτλ.*, II. 9, 7. *ὅ τι δὲ ἦν δένδρον οὐδὲ οἱ τῶν Σικυωνίων ἐξηγηταὶ συνίεσαν*, II. 31, 6. *ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν (Ἀρτέμιδος Λυκείας) οὐδὲν εἶχον πυθέσθαι παρὰ τῶν ἐξηγητῶν*: qui viri laudandi sunt quod bellam istam nesciendi artem callebant, in fabularum antiquitatumque disciplina vel maxime salutarem. Verum erant etiam quibus

nugas agere et fictitia pro veris vendere magis placeret, cuius farinae erant *οἱ τῶν Λυδῶν ἐξηγηταί*, cf. Paus. I. 35, 6. Ossa praegrandia inter arandum ab agricola detecta erant. Quaerebatur eccuius fuissent tam ingentia ossa. In vulgus sermo manaverat, Geryonae cadaver esse; quod ex historia refutat Pausanias. Iam ecce prodeunt exegetae, veritatem rei argute rimati, *ὡς εἴη μὲν ὁ νεκρὸς Ὕλλου, παῖς δὲ Ὕλλος εἴη Γῆς κτλ.* Undenam hauserunt haec homines argutuli? Nempe ficta erant ab ipsis. Quamquam id condonandum periegetis; nam hoc vel maxime censebatur (et censetur etiam nunc) ars antiquaria, ut si quid necopinati reperiretur, id callide scirent cum aliquo aetatis heroicae specimine et documento connectere et ab eo repetere; quod qui satis confidenter facere audet, is solet multis hominibus ingeniosus audire. At enimvero erant etiam inter periegetas qui falsa scientes proderent, propterea quod vulgo satisfacere quam verum sequi malebant, id quod de Argivorum exegetis declarat Pausanias II. 23, 6. *οὐ μὴν οὐδὲ αὐτῶν λέληθεν Ἀργείων τοὺς ἐξηγητὰς ὅτι μὴ πάντα ἐπ' ἀληθείᾳ λέγεταί σφισι· λέγουσι δὲ ὅμως. οὐ γάρ τι ἕτοιμον μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἐναντία ὧν δοξάζουσιν.* Alios de uno eodemque monimento dissentientes reperiebat, cf. Paus. V. 18, 2: aliorum narrationes ex melioribus fontibus ab ipso exploduntur, v. V. 21, 4 sq. Quam vellem bonus iste scriptor semper tenuisset animoque fixum atque inculcatum habuisset aureum istuc praeceptum, quod ipse dat, ad omnem mythologiae localis, quae nunc solet vocari, rationem iudicandam gravissimum, VIII. 2, 3. *ὁπόσοι δὲ μυθολογήμασιν ἀκούοντες ἥδονται, πεφύκασι καὶ αὐτοὶ ἐπιτερατεύεσθαι, καὶ οὕτως τοῖς ἀληθέσιν ἐλυμήναντο συγκεραννύντες αὐτὰ ἐψευσμένοις.* Verum haec non erat eius indoles atque si illo, quum haec scripsit, temporis momento eximie sapuit, nihilominus ut plurimum adeo credulus erat fabularumque sectator superstitiosus, ut hunc vel maxime extemporalibus istis periegetarum figmentis et commentis patuisse, quin etiam ansam saepe ultro praebuisse satis credibile sit.

§. 8. Erat igitur haec prima et praecipua artis periegeticae pars, fabulas *τὰς ἐπιχωρίας* in promtu habere et praeter

hoc tantum valere ingenio atque argutiis, ut si quid in tempore fingendum erat, id satis ad persuadendum accommodate fingeretur. Omnino vero talis horum hominum doctrina erat, ut quicquid ad singulorum locorum historiam, antiquitatis notitiam universam pertineret complecteretur, id quod in universum significatur hisce apud Pausaniam I. 1, 4. *Ἀνδρόγεω δὲ ὄντα ἴσασιν οἷς ἐστιν ἐπιμελὲς τὰ ἐγχώρια σαφέστερον ἄλλων εἰδέναι.* Quare etiam historiae eos quodam modo peritos, certe non rudes esse oportebat, quamquam haec, in qua illi versabantur, non vera historia erat atque ad certam fidem exacta, verum aut fabularis, quae hominum de plebe memoria traditur, aut nugatoria ista ac frivola, quae versatur in narratiunculis et anecdotis, quae nunc vocantur, de claris hominibus propagandis. Talia inveniuntur inprimis apud Plutarchum in libello de Pyth. Or., velut c. 7, ubi quum hospites ad statuam Hieronis veniunt, inter alia haec a periegetis narrantur: *ὅτι κίων τις ἑστὼς ἄνω χαλκοῦς Ἱέρωνος ἔπεσεν αὐτομάτως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ᾗ τὸν Ἱέρωνα συνέβαινεν ἐν Συρακούσαις τελευτᾶν*: cf. cap. 16, ubi narratur historiola de Croeso, quam etiam Herodotus I. 51. ex periegetarum Delphicorum ore hausisse videtur. Neque equidem dubito quin innumerarum istarum, quae de viris illustribus apud biographos, historicos, antiquitatum scriptores passim reperiuntur, narratiuncularum, maxime si traditio earum cum monimenti cuiuspiam enarratione coniuncta fuisse videatur, quin talium narrationum plurima pars repetenda sit ex latibulis periegetarum. Interim etiam scitu utilia et vere memorabilia per hos aliquoties servata sunt; quo pertinet quod narratur apud Paus. I. 41, 2. *ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν ἐξηγητὴς ἤγειτο ἐς χωρίον Ῥοῦν, ὡς ἔφασκεν, ὀνομαζόμενον· ταύτῃ γὰρ ὕδωρ ποτὲ ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τὴν πόλιν ῥυῆναι· Θεαγένη δέ, ὃς τότε ἐτυράννει* (apud Megarenses), *τὸ ὕδωρ ἐτέρωσε τρέψαντα βωμὸν ἐνταῦθα Ἀχελῴῳ ποιῆσαι*, et si quae sunt hisce similia. Porro multi erant in oraculis epigrammatisque recitandis, quippe quae cumprimis apud Graecos pertinerent ad rerum gestarum famam hominumque memoriam propagandam. Ita Plutarch. de Pyth. Orac. c. 5. *ἐκ τούτου δὲ γενομένης σιωπῆς πάλιν οἱ περιηγηταὶ προεχειρί-*

ζοντο τὰς ῥήσεις. χρησμοῦ δέ τινος ἐμμέτρου λεχθέντος — πολλάκις ἔφη θαυμάσαι τῶν ἐπῶν ὁ Διογενιανός, ἐν οἷς οἱ χρησμοὶ λέγονται τὴν φαυλότητα καὶ τὴν εὐτέλειαν. Sane requirebant isti, quales periegetae recitabant, versus aures insipidas ac rudes, minime teretes illas et doctas, quibus eos excipiebat Diogenianus; cf. Paus. I. 34, 3. *Ἰοφῶν* (qui utrum de monimentorum an de oraculorum exegetis, ut censet Ruhnk. ad Tim. p. 110, fuerit ad meam rem eodem venit) *δὲ ὁ Κνώσσιος τῶν ἐξηγητῶν χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο, Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων. ταῦτα τὰ ἔπη* (sic recte editores novissimi) *τὸ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν ἀκρατῶς εἶχε,* i. e. ad vulgares aures pelliciendas convenienter sane efficta erant; ipse scilicet fastidiosior erat. De epigrammatis v. Plutarch. l. c. c. 2. *ἐπέραινον οἱ περιηγηταὶ τὰ συντεταγμένα μηδὲν φροντίσαντες δεηθέντων ἐπιτεμεῖν τὰς ῥήσεις καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἐπιγραμμάτων.* Adde quod signa et tabulas pictas enarrabant, nomina artificum hospitibus suppeditabant, argumenta picturarum interpretabantur, v. Lucian. de Calumn. c. 5. *ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνος,* Longus Pastor. I. p. 2. *ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος,* Paus. V. 21, 4. *τὰ ἐφεξῆς ἀγάλματα δύο μέν ἐστιν ἀριθμόν, ἀνετέθη δὲ ἐπιτεθείσης παλαισταῖς ἀνδράσι ζημίας. οἵτινες δὲ ἐκαλοῦντο ἐμέ γε ἢ τοὺς Ἠλείων λέληθεν ἐξηγητάς,* cf. ib. 5. Qua in re utilem sane ad artium historiam inchoandam operam praestabant, et erat aliqua horum interpretamentorum fides, quum nomina saltem artificum ipsis signis picturisque inscripta esse solerent, praetereaque etiam, quod cernitur ex Pausania et quod etiam nunc conspicitur in vasis pictis, de singulis figuris actionibusque expressis significari soleret indicibus ad quam paucissimas litteras coarctatis. Nihilominus etiam in hoc loco multa mendacia ab iis procusa esse arguit vel unum illud Cereris Nigrae, quod ab Onata fabricatum ferebant, apud Phigalenses signum, quod nunquam exstitisse probabiliter ego demonstrasse mihi videor Demet. et Perseph. p. 159 sq., in qua re assentientem mihi habeo Leakium Morea I. p. 494: „*there were some doubts, however, among the Phigalians themselves, whether it had ever existed, and it seems more probable that both this and the form of the lower part of*

the statue of Eurynome, were stories with which the priests (ego malim periegetis talia commenta tribuere) *amused the credulous traveller, for such monstrous representations were not at all in the taste of Grecian art.*" — Denique omnem illam antiquitatum supellectilem monstrabant atque interpretabantur periegetae, quibus mire *laetum* fuisse *Graecorum genus* dicit Tacitus Hist. II. 4. Neque litterarum imperiti erant, quum maxime ex poetis, historicis, mythographis plurimae iis ad monimentorum interpretationem notationes promendae essent. In universum vero hanc periegeticae artis rationem atque conditionem fuisse tenendum est, ut media quodammodo fuerit inter id, quod vulgo atque incerta memoria per ora hominum antiquitus propagabatur, atque id, quod scribendo et litteris mandando tradebatur. Excipiebatur illud ex ore hominum per periegetas, aut si ipsi aliquid comminiscebantur, hoc ita comparatum erat ut esset ad hominum de plebe captum atque opinationem commodatum: *οὐ γάρ τι ἕτοιμον μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἐναντία ὧν δοξάζουσιν.* A periegetis vero idem primum ad eos, qui peregrinando singulorum locorum famas et fabulas indagabant, perveniebat: inde porro ad communem litterarum usum emanabat.

§. 9. Quales fuerint in arte sua exercenda inprimis ex Plutarcho cernitur, qui eos ferme derisui habet. Cantilenam suam decantant (*τὰς ῥήσεις προεχειρίζοντο*), nihil curantes si hospites longas istas narrationes, carmina elumbia, notationes de trivio sumtas fastidiunt. Si quid praeter cantilenae tenorem quaeritur, ecce stupent, nesciunt. Insigne huius stupiditatis exemplum est apud Plutarch. l. l. c. 13, ubi Serapio poeta quaerit de thesauro Corinthiorum, *τί δὴ τὸν οἶκον οὐ Κυψέλου τοῦ ἀναθέντος ἀλλὰ Κορινθίων ὀνομάζουσιν; ἀπορίᾳ δ' αἰτίας ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ σιωπώντων ἐκείνων κτλ.* Prius causam ipsi narraverant, nunc nesciunt; non erat scilicet hic consuetus illis locus hanc rem expromendi, *ἐπεὶ πρότερόν γε αὐτῶν ἠκούομεν λεγόντων ὅτι τῆς τυραννίδος καταλυθείσης ἐβούλοντο Κορίνθιοι κτλ.* Omnino verisimile eos homines infimos fuisse, mercedula ad quaestum ignobiliorem faciendum adductos litterasque negligenter doctos. Tametsi ut in omni arte, ita

etiam in hac factum ut nonnulli ultra solitam mediocritatem excellerent ingenioque et arte sua assidue et cum diligentia exercenda eo usque enixi essent, ut non solum nomen aliquod apud cives externosque nacti essent, verum etiam ipsi scriptores exsisterent: qualis erat *Lyceas Argivus*, quem identidem nominat Pausanias; qui periegesin et fabulas Argivorum carmine epico expresserat, quo fabulosam quoque illam, quae Argis colebatur, de Pyrrhi morte memoriam celebraverat, cf. Paus. I. 13, 7. *ταῦτα ἐς τὴν Πύρρου τελευτὴν αὐτοὶ λέγουσιν Ἀργεῖοι καὶ ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητὴς Λευκέας* (sic hoc loco codd. et editt.; in ceteris locis codd. habent *Λυκέας*, quod per omnes recte ediderunt Schubart et Walz) *ἐν ἔπεσιν εἴρηκεν*: cf. II. 19, 4. de Bitone, *ὡς δὲ Λυκέας ἐποίησεν, ἐς Νεμέαν Ἀργείων ἀγόντων θυσίαν τῷ Διὶ ὁ Βίτων ὑπὸ ῥώμης τε καὶ ἰσχύος ταῦρον ἀράμενος ἤνεγκεν*: II. 22, 3. de antiquo simulacro Iovis: *Λυκέας μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησε Μηχανέως τὸ ἄγαλμα εἶναι Διὸς κτλ.*; II. 23, 8. de templo Liberi Cresii: *Λυκέας δὲ λέγει* (in carmine illo puta) *κατασκευαζομένου δεύτερον τοῦ ναοῦ κεραμέαν εὑρεθῆναι σορόν· — καὶ αὐτός τε καὶ ἄλλους Ἀργείων ἰδεῖν ἔφη τὴν σορόν.* Tales etiam ceteros fuisse puto qui nomine suo citantur, velut *Aristarchus ὁ τῶν Ὀλυμπίασιν ἐξηγητής*, qui de cadavere militis inter tabulatum templi Iunonis reperto satis scite disputat ap. Paus. V. 20, 2; *Praxiteles ὁ περιηγητής*, Corinthius, qui inter eos Corinthios fuit, qui Plutarchi temporibus doctrina ac litteris maxime inclarescerent: est enim hic unus convivarum docti symposii, quod Plutarcho Corinthi inter Isthmia paratur a Lucanio pontifice maximo, cf. Plut. Sympos. Q. V. 3, 1. et ib. VIII. 4, 3 sq., ubi grammaticus ad eum de fabula Attica provocat, ipse vero quaestionem propositam doctissime excutit, Peripateticae in hoc disciplinae aliquid prae se ferens. Denique probabile in insignioribus urbibus, quae monimentis abundarent peregrinantibusque maxime frequentarentur, etiam periegetarum conditionem nobiliorem fuisse; velut inter Delphicos quoque periegetas, de quibus commemorat Plutarchus in libello de Pythiae oraculis, unus saltem homo est haud mediocriter doctus belleque argutus, quem antiquitatum Graecarum probe gnarum

neque in poetarum munditiis rudem fuisse intelligitur ex c. 16.

§. 10. Ab his igitur periegetis omne inquam hoc scribendi genus, in quo excelluerunt Polemo, Pausanias, alii, repetendum videtur: id quod iis minime opinor mirum videbitur, qui nullam ferme litterarum Graecarum partem esse reputent, quae non ab ignobilioribus primum et obscurioribus originibus, in ipsa vita moribusque et institutis popularibus Graecorum positis, profecta sit, ingenio deinde et doctrina hominum litteratorum ad artem aliquam et ad humanitatis specimen sit exculta. Periegetarum autem ista studia quanam potissimum aetate et a quo primum in litterarum orbem adscita sint parum nunc constat; neque tamen ante tempora Alexandri Magni hoc factum esse affirmaverim, licet illos templorum atque monimentorum mystagogos, qui hospites circumducere solebant, nulla ratio sit cur non iam Hecataeo, Hellanico, Herodoto pari modo atque Pausaniae praesto fuisse existimemus. Ita apud Herodotum in iis praesertim, quae narrat de anathematis Delphicis (I. 14. 20. *Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι*, cf. c. 25. 50 sq. 92.), identidem periegetarum vestigia, etiamsi hoc nomine non nominantur, deprehendere tibi videare. Verum sicuti geographia apud antiquiores cum historicorum arte coniuncta erat neque ante Aristotelis et Alexandrinorum *) fere tempora proprio nomine excolebatur, ita factum etiam in periegesi antiquaria: historici ea quae huc caderent perscribebant, maxime ii qui suo nomine appellantur logographi. Postea propter bella continua neque peregrinari multum licebat neque talia nimium curabant homines: donec exstitit maximum illud ut philosophiae ita etiam earum litterarum quae in assidua rerum cognitione et cura atque experientia positae sunt lumen, Aristoteles, qui etiam

---

*) Memoratur inter Democriti opera ap. Diog. L. IX. 48. *γεωγραφίη* et una cum hac *οὐρανογραφίη*, *πολογραφίη*, *ἀκτινογραφίη*. Quae nomina si antiqua sunt, crediderim *γεωγραφίαν* esse idem quod *περίοδον γῆς*, antiquo illo significatu, quo sic appellabatur delineatio orbis terrarum. Deinde *οἱ γεωγραφήσαντες* primum nominantur ap. Pseudo-Aristotel. de Mundo c. 3. p. 393. b. 20. ed. Bekker.

ex minutissimis minutiis totum aliquod efficere et litteris subsidii aliquid quaerere sciebat et vel suo ipsius exemplo vel adhortationibus homines litterarum studiosos impellebat ut prae ceteris omnibus monimenta qualiacunque perquirerent, monimenta legum, artium, rerum naturalium. Hinc nubes illa doctorum hominum per omnem terrae orbem dispersorum, qui urbes circumirent, antiquitates omnes circumspicerent, abditissimum quemque aedium publicarum angulum rimarentur; unde litteratissimum illud saeculum emersit, quo haec, quae circa litteras et historiam ex ipsis rerum monimentis illustrandas versatur disciplina, quae cum grammatica coniunctissima est, laetis incrementis effloruit. Eo etiam effectum videtur ut monimentorum isti monstratores et circumvectores, qui prius in umbra delitescebant, iam ad litterarum lucem et conspectum excitarentur et vel ipsi, velut Lyceas Argivus, artem suam scribendo celebrarent atque expedirent, vel alios ad periegeticum hoc scribendi genus evocarent.

§. 11. Primus qui se periegetam inter scriptores professus est, videtur fuisse *Diodorus Atheniensis;* certe hic antiquissimus est eorum, de quibus satis magno ad iudicandum numero fragmentorum constat. Hunc ante duodecim tribus Atticas institutas i. e. ante a. 308. a. Chr. n. scripsisse Ahrens de Athen. statu polit. et litter. p. 27. ingeniose conclusit ex eo, quod Harpocration aliique, quorum de demis Atticis notationes maximam partem ex Diodoro derivatae sunt, nunquam memorant Antigonidem, Demetriadem, Ptolemaidem, Attalidem; cf. Grotefend Zeitschrift f. Alterthumsw. 1836. p. 1040. Scripsisse eum post aetatem Anaximenis rhetoris h. e. post Alexandrum M. et Ptolemaeum Lagi patet ex Athen. XIII. p. 591. E. *οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τὸν ἐπιγραφόμενον κατ' αὐτῆς* (*Φρύνης* scil.) *Εὐθίου λόγον Διόδωρος ὁ περιηγητὴς Ἀναξιμένους φησὶν εἶναι*: ut fuerit aequalis Theophrasti, Dicaearchi, Eudemi, Heraclidis Pontici, Philochoro autem antiquior, ut qui scripsit post duodecim tribus institutas. De patria Diodori non constat, sed puto eum vel natione vel civitate Atheniensem fuisse. Certe periegesis eius tota Attica erat, neque ultra terminos Atticae progressa esse videtur; et

constat illa aetate antiquitatum Atticarum studium et apud grammaticos et apud historicos summe floruisse. Ita de sepulcro Themistoclis Diodorus adhibetur apud Plut. v. Themistocl. c. 32. *ἐν τοῖς περὶ μνημάτων* i. e. de monimentis ut videtur sepulcrorum, quem locum, quum optime faciat ad omnem eius monimentorum describendorum rationem iudicandam, totum apponam: *Διόδωρος δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τοῖς περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν ὡς ὑπονοῶν μᾶλλον ἢ γινώσκων, ὅτι περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου πρόκειταί τις οἷον ἀγκών, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντός, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. οἴεται δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν κωμικὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν ἐν τούτοις· „ὁ σὸς δὲ τύμβος κτλ.“* Accuratissima loci descriptio, ut oculis stilum eius sequi possis, eaque comici insuper, quorum testimoniis omnis haec antiquitatum doctrina apud antiquiores illustrari solebat, loco stabilita. Neque asseverantius suam opinionem posuit; scribebat enim *ὡς ὑπονοῶν μᾶλλον ἢ γινώσκων*, quod noli ad descriptionem loci referre, quae satis luculenta est, verum nolebat confidenter de ossibus Themistoclis in Atticam reportatis commemorare, de quibus dubitanter narrat etiam Thucyd. I. 138. cf. Paus. I. 1, 2. Fabulas etiam ritusque sacros in monimentis perquirendis Diodorum persequutum esse cernitur ex Plut. Thes. c. 36. *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν* (*Θησέα* scil.) *ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ περιηγητὴς κτλ.* Inquirebat etiam in stirpes familiarum Atticarum, v. Plut. Cimon. c. 16. Plurimum vero studii atque operae demis Atticis accurate recensendis eorumque gentilibus ad certas grammaticae leges revocandis navavit; ex quo opere, *περὶ δήμων* ut videtur inscripto, multa excerpsit Harpocration, v. inprimis p. 99, 6. 110, 20. 114, 13. 122, 8. 134, 7. 134, 28. 135, 26. 142, 12. ed. Bekk., ex quorum locorum comparatione patet eum ita fere in hoc opere versatum esse, ut et demorum nomina et phylarum, quibus quisque adscriptus esset, notaret et nomen gentile ex demi nomine recte derivandum subiiceret, addita simul cautione, si plura eiusdem demi nomina

gentilia vel similia diversorum demorum usu recepta essent, ne haec confunderentur. Quae docto insuper testimoniorum variorum apparatu instructa fuisse affirmaverim, quae ex seriorum grammaticorum more omisit Harpocration.

§. 12. Diodoro aetate proximus est *Polemo*, qui floruit sub Ptolemaeo Epiphane, v. cap. I. §. 5. Qui, quum Diodorus intra Atticae limites se cohibuisset, adeo artem suam amplificavit, ut totius ferme *οἰκουμένης* periegesin exhiberet. Post Polemonem nominandus *Heliodorus Atheniensis*, ad quem referenda mihi quidem videntur haec, quae laudantur apud Athen. II. p. 45. C. *Ἡλιόδωρος δέ φησι τὸν Ἐπιφανῆ Ἀντίοχον — τὴν κρήνην τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ κεράσαι οἴνῳ*: unde effeceris eum scripsisse post Antiochum Epiphanem i. e. post a. 164. a. Chr. Quamquam dissentit de hoc loco Ritschl in libro inscripto Die Alexandrin. Bibliotheken etc. p. 138, hunc Heliodorum neque periegetam neque Atheniensem cognominari monens, neque Antiochi Epiphanis mentionem in periegesin arcis Atheniensis quadrare existimans; cui ut concedam ambiguum esse, tamen quum satis vel ex Pausania constet diversissimas res a periegetis in monimentis antiquitatibusque circumvectandis misceri, in Antiochi mentione equidem non offenderim quo minus hunc locum ad opus de Arce revocandum existimem. Scripsit hic quindecim libros (Athen. VI. p. 229. E.) de arce Atheniensium (*περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως*), quorum primus laudatur ap. Harpocr. p. 159, 18. (cf. Phot. p. 458. Suid. s. v. *προπύλαια*) *Ἡλιόδωρος δ' ἐν α' περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτά φησιν· „ἐν ἕτεσι μὲν ε' παντελῶς ἐξεποιήθη, τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια ιβ'· ε' δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσίασιν:“* et apud eundem p. 132, 31. (Phot. p. 300. Suid. s. v. *Νίκη Ἀθηνᾶ*) *ὅτι δὲ Νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον, ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥόαν, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ἐν α' περὶ ἀκροπόλεως.* Minus attinent quae ex eodem libro promit Athen. IX. p. 406. C. Ex illis autem fragmentis cernitur hos Heliodori commentarios non solum de anathematis fuisse sicuti Polemonis, verum etiam de aedificiis ac simulacris, de causis insuper et originibus aedificiorum deque sumtibus im-

pensis. Incertis libris idem opus laudatur ap. Athen. VI. p. 229. E. *Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως· πεντεκαίδεκα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία*: Harpocr. p. 96, 24. *εἷς τῶν Κίμωνος παίδων Θετταλὸς ἐκαλεῖτο, ὥς φησιν Ἡλιόδωρος ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως.* Tertius liber operis *περὶ μνημάτων* laudatur apud Plutarch. Vitt. X oratt. cap. 9, ubi tamen Ruhnkenius Histor. Crit. Orat. Gr. p. 162. probabiliter coniicit scribendum *Διόδωρος* pro *Ἡλιόδωρος*, quae nomina solent a librariis confundi.

§. 13. Praeter hos et Dionysium Periegetam qui periegetae nomine insignis fuerit scio neminem, praeterquam quod Protagoras quidam, cuius meminit Tzetz. Chil. VII. 647, in eiusdem Scholl. ad h. l. ap. Cram. Anecd. III. p. 370, 2. nominatur *Πρωταγόρας ὁ περιηγητής*, qui tamen geographici generis fuisse videtur. Sed ingens numerus est scriptorum, qui licet non nominentur periegetae, tamen eadem studia scribendo persequuti sunt, quorum plurimi in antiquitatibus et monimentis Atticis versati sunt, alii aliarum civitatum, nonnulli etiam totius *οἰκουμένης*, ut Polemo, *περιήγησιν* condiderunt. Et inter eos quidem, qui de Athenis atque Attica scripserunt, prae ceteris nominandus *Philochorus*, qui si non *περιήγησιν* Atticam hoc ipso nomine composuit, tamen plurimus erat in iis rebus, quae ad tale opus spectarent: quas partim in Atthide sua exposuit, partim in libellis peculiariter editis, velut in eo qui inscriptus erat *ἐπιγράμματα Ἀττικά*, quem suspicor inprimis de epigrammatis sepulcralibus fuisse ad gentium et familiarum origines et historiam gravissimis, atque in eo qui erat *περὶ τετραπόλεως*, quo Oenoes, Marathonis, Probalinthi, Tricorythi origines, antiquitates, monimenta publica perquisivisse videtur. Philochoro in rebus tractatis proximus erat *Ister Callimachius*, cuius in fragmentis multa quae sunt eiusdem generis inveniuntur. Sed inprimis huc pertinent qui peculiaribus scriptionibus de Athenarum urbe commentati erant, velut *Menecles vel Callicrates*, *Μενεκλῆς ἢ Καλλικράτης περὶ Ἀθηνῶν.* Incertum fuisse videtur utri hoc opus tribuendum esset. Pro Callicrate solet nominari Callistratus, sed pluribus locis libri consentiunt in lectione *Καλλικράτης*, unde primum *Καλλιστράτης*, deinde *Καλλίστρατος* factum videtur. Et pronum erat

Callicratis nomen, hominis ceteroquin ignoti, confundi cum Callistrato, nobili inter interpretes Homericos et Aristophaneos grammatico, de quo nuper docta dissertatione scripsit R. Schmidt, de Callistrato Aristophaneo, Halae 1838. Qui, quum etiam Bernhardy in Suidam v. *Κεραμεικὸς* dubium esse dicat an Callistratus Aristophaneus singularem de Athenis commentarium ediderit, parum in hoc refutando tribuit librorum isti in nomine allegando discrepantiae. De singulis locis cf. Harpocr. p. 67, 20. *ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδος ἐκαλεῖτο διὰ κάλλος καὶ εὐρυθμίαν, οὐ διὰ μέγεθος, ὡς Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος* (ita Bekkerus; plurimi codices *Καλλιστράτης*) *ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν.* Idem p. 109, 22. *ὅτι β' εἰσὶ Κεραμεικοί, — ὁ μὲν ἔνδον τῆς πόλεως ὁ δὲ ἕτερος ἔξω — δηλοῖ Καλλίστρατος* (duo codd. *Καλλικράτης*) *ἢ Μενεκλῆς ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν,* quem locum repetunt Suidas v. *Κεραμεικός,* ubi plurimi codd. *Καλλιστράτης,* et Schol. Aristoph. Av. 395. Adde Harpocr. p. 86, 5. *Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος* (codd. *Καλλιστράτης, Καλλιστάτης, Ἀλλικράτης*) *ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν γράφει ταυτί· „ὑπὸ γὰρ τῆς ποικίλης καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς εἰσιν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι κτλ.,“* coll. Phot. (ubi *Καλλικράτης*) et Suid. v. *Ἑρμαῖ.* — Scholl. Venet. Aristoph. Pac. v. 145. *ὁ Κάνθαρος μέρος τοῦ Πειραιῶς, ὡς Καλλικράτης* (sic) *φησὶν ἢ Μενεκλῆς ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν, γράφων* (cod. *γράφει*) *οὕτως· „ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς, πάντας κλειστούς* (cod. *κλειτούς*)*· εἷς μέν ἐστιν ὁ Κάνθαρος λιμὴν καλούμενος, ἐν ᾧ τὰ νεώρια ἑξήκοντα· εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον· εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε,“* quae in scholiis vulgatis sine nominibus auctorum edebantur. Vides vero hanc urbis Athenarum descriptionem non solum arcis atque fori et utriusque Ceramici monimenta illustrasse, sed Piraeeum etiam amplexam esse. De aliorum libris *περὶ Ἀθηνῶν* inscriptis parum constat, velut de *Staphyli Naucratitae*, qui citatur ap. Harpocr. p. 78, 2. Videtur tamen hic non tam de locis et monimentis quam de antiquitatibus et rebus sacris disputasse; certe talis et illius fragmenti indoles est et ceterorum testimoniorum, quae ex aliis eiusdem auctoris commentariis passim laudantur, velut ubi de rebus divinis Spartanorum adhibetur ap. Clem. Alex. Protrept. p. 32. Potter., in fragmento libri *περὶ*

Αἰολέων ap. Harpocr. p. 158, 25., *περὶ Θετταλῶν* ib. p. 150, 20. Naucratita appellatur ap. Athen. II. p. 45. C, Zenob. Proverb. V. 76. — *Telephanes περὶ τοῦ ἄστεος* laudatur ap. Athen. XIV. p. 614. E, quod interpretandum esse *περὶ Ἀθηνῶν* cernitur ex argumento huius loci. — *Ὁρισμοὶ Ἀθηνῶν* laudantur ap. Schol. Aristoph. Av. v. 998. *Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο, ὡς ἐν τοῖς ὁρισμοῖς γέγραπται τῆς πόλεως*, quos suspicor fuisse columellas terminales, in quas illa verba insculpta fuisse videntur, quae inde adnotavit opinor eorum aliquis, qui composuerant Atthidas. — De *Themisone*, qui a Polemone laudatur *ἐν Παλληνίδι*, quod interpretandum videtur *de templo Minervae Pallenensis*, dictum est in nota ad Polem. frgm. LXXVIII. — De demis Atticis praeter Diodorum Periegetam scripsit *Nicander Thyatirenus*, v. Harpocr. p. 99, 7. 176, 10, qui item ante duodecim tribus institutas scripsisse videtur, cf. Ahrens et Grotefend ll. cc.

§. 14. Sequatur recensus eorum, qui de ceteris Graeciae partibus in periegetarum modum scripserunt. Mitto illos, quorum scriptiones earum civitatum et regionum, in quibus illustrandis ipsae versabantur, nominibus inscribi solebant, quos passim enumerant Siebelis in praefationibus adnotationum ad singulos libros Pausaniae et qui inter recentiores de singularum Graeciae partium historia et antiquitatibus particularibus libellis quaesiverunt: quarum scriptionum longe plurima pars non tam de monimentis in ipsis locis eruendis fuisse videntur, quam de originibus ex fabularum vestigiis repetendis, quod argumentum maxime placebat iis, qui domi assidentes aliorum libros compilare quam ipsi urbes atque nationes exteras obire et loca memorabilia suis oculis inspicere mallent. Huc attinent nonnisi ei, quorum libri vel titulo vel fragmentorum argumento periegeticam illam habeant indolem. In quem censum referendus cum primis *Apellas* vel *Apollas Ponticus* (*Ἀπελλᾶς*, *Ἀπολλᾶς*, solita varietas eiusdem nominis), de quo dixit Boeckh in praef. ad Scholl. Pind. p. XXII sq. Scripsit *περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων*, v. Athen. IX. p. 369. A, qui liber corrupto nomine citatur apud Schol. Nicandr. Ther. p. 46. 52. *Ἰόλαος ἐν τ. π. Πελοποννησιακῶν*

πόλεων. Exstat fragmentum de rebus Spartanorum, Athen. II. p. 63. E; aliud de statua Diagorae Olympiae posita, Schol. Vrat. Pind. Ol. VII. init.; de colosso a Cypselidis Olympiae dedicato, v. Phot. et Suid. v. *Κυψελιδῶν ἀνάθημα: φέρεται δέ τι καὶ ἐπίγραμμα τοῦ κολοσσοῦ, ὅπερ Ἀπελλᾶς ὁ Ποντικὸς οὕτω προφέρεται κτλ.* Scripserat etiam de rebus Delphicis, v. Clem. Al. Protrept. p. 42. Pott. *Ἀπελλᾶς δὲ ἐν τοῖς Δελφικοῖς κτλ.*, cf. Phot. v. *Ῥοδώπιδος ἀνάθημα· ἐν Δελφοῖς ὀβελίσκοι πολλοί. Ἀπελλᾶς δὲ ὁ Ποντικὸς οἴεται καὶ ἐν Αἰγύπτῳ κτλ.* De eodem Boeckhii quidem iudicio loquitur Quintilianus XI. 2, 14, ubi disputatur de carmine Simonidis: *est autem magna inter auctores dissensio, — Pharsali fuerit haec domus —, an Cranone, ut Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit*, ubi Bentley et Meineke Euphor. p. 81. legendum putant *Apollas et Callimachus*, Schneidewin Simonid. praef. p. XI. *Apollas Callimachusque*, mihi scribendum videtur *Ap. Callimachius* i. e. *Καλλιμάχειος*, ex disciplina Callimachi profectus, ut, si ad Ponticum haec notatio referenda videatur, certum simul de aetate eius indicium habeamus. Alii eiusdem nominis scriptores memorantur: *Ἀπελλᾶς ὁ Κυρηναῖος* inter scriptores periplorum ap. Marcian. Heracl. Geogr. p. 63. Hudson.; Apellas Scepticus ap. Diog. L. IX. 106, ubi pro *Ἀπελλᾶς ἐν τῷ Ἀγρίππᾳ* legendum videtur *εἷς τῶν περὶ Ἀγρίππαν*, cf. ib. IX. 88. De eodem ni fallor cogitandum in titulo Chrysippi, qui edidit quatuor libros *περὶ ἀμφιβολιῶν πρὸς Ἀπολλᾶν* et *λύσιν τῶν Ἡδύλου ὑποθετικῶν πρὸς Ἀριστοκρέοντα καὶ Ἀπελλᾶν*, v. Diog. L. VII. 193. 197. — Quibus Apollas Ponticus operam suam navaverat, clarissimi isti donariorum et omnis generis cimeliorum thesauri, Olympia et Delphi, quibus etiam Polemo curam suam tribuerat, iidem multorum praeter hos aliorum diligentiam sibi deposcebant. Quo pertinet *Alexandrides Delphus*, qui solet a librariis confundi cum Anaxandride comico, v. Meineke Quaestt. Scen. III. p. 25. Scripserat de historia atque monimentis Delphorum. Citatur *ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου* ap. Steph. B. v. *Παρνασσός*, ubi nominatur *Ἀλέξανδρος*, et *ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς συληθέντων ἀναθημάτων* in Proverb.

Vat. I. 5, ubi vulgo editur *Ἀναξανδρίδης*. Integro nomine laudatur ap. Plutarch. v. Lysandr. c. 18. *Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ κτλ.*, quod testimonium est de cimeliis thesauri Brasidae et Acanthiorum. Adde Scholl. Arist. Plut. 926. *καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν Ἀλεξανδρίδης.* Schol. Eurip. Alcest. 1. *Ἀλεξανδρίδης* (codd. *Ἀναξ.*) *δὲ ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτὸν (Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν.* — Exinde nominandus *Alcetas*, qui *ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* insigni de statua Phryne per Praxitelem facta testimonio laudatur ap. Athen. XIII. p. 591. C. Item *Hegesander Delphus*, qui edidit *ὑπόμνημα ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων*, Delphicorum ut videtur, cf. Athen. V. p. 210. B. — De Olympia adiiciendus *Agaclytus*, v. Phot. et Suid. v. *Κυψελιδῶν ἀνάθημα.* — *Ἀγάκλυτος ἐν τῷ περὶ Ὀλυμπίας* (Suid. *ἐν τῇ π' Ὀλυμπιάδι*) *φησὶν οὕτως· ναὸς τῆς Ἥρας παλαιός, ἀνάθημα Σκιλλουντίων κτλ.*, quod testimonium servatum esse videtur per Didymum, qui una laudatur, quem constat talium commentariorum fuisse studiosissimum. — His adde *Amphionem Thespiensem*, qui scripsit de Museo in Helicone monte, *περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου*, Athen. XIV. p. 629. A, et *Nicocratem*, qui scripsit *περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος*, Scholl. Il. *ν'*. 21. — Porro inprimis memorabilis *Semus Delius*, *Σῆμος ὁ Δήλιος*, de quo dixit Wegener Aula Attal. p. 206. cf. nos in Zeitschr. f. A. 1837. p. 206. Illustravit hic prolixo opere antiquitates Deli, ubi de anathematis quoque in templum Apollinis dedicatis sermonem fuisse cognoscitur ex Athen. XI. p. 469. C. *Σῆμος δ' ἐν πέμπτῃ Δηλιάδος ἀνακεῖσθαί φησιν ἐν Δήλῳ χρυσῆν ἡδυπότιδα Ἐχενίκης ἐπιχωρίας γυναικός, ἧς μνημονεύει καὶ ἐν τῇ ὀγδόῃ.* Ib. p. 502. B. *Σῆμος δὲ ἐν Δήλῳ ἀνακεῖσθαί φησι χαλκοῦν φοίνικα, Ναξίων ἀνάθημα, καὶ καρυωτὰς φιάλας χρυσᾶς.* Et ex eodem forsitan opere sumta erant quae memorat Alexander Cotyaeensis ap. Schol. Venet. *δ'*. 109. *ἐν Δήλῳ κεῖσθαι κέρατα ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης κτλ.* Idem Semus pluribus commemoraverat de rebus sacris ritibusque insignioribus, cf. Athen. VIII. p. 335. A. III. p. 109. F. XIV. p. 645. B. — Praeter Delum in insulis iis rebus, quae periegetas allicere solebant, vel maxime

abundabat Samus, v. Strabo XIV. p. 169. Tauchn., qui locus laudatur supra cap. I. §. 16. Dederat hisce operam praeter Polemonem *Menodotus Samius*, qui ab Athenaeo XIV. p. 655. A. laudatur in opere *περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας* (inde fortasse sumtum quod habet Hesych. v. *Βάστα κάρας*) et ab eodem XV. p. 672. A. — 673. B. *ἐν τῇ τῶν κατὰ Σάμον ἐνδόξων ἀναγραφῇ*, ex qua memorabilis exstat de sacris Iunonis Samiae per Admetam sacerdotem Argivam fundatis narratio deque viticis in rebus sacris usurpatione disputatio, quae veram periegeticae artis indolem habet. — Ad antiquitates Mileti pertinuisse videtur scriptio *Menetoris*, qui laudatur ap. Athen. XIII. p. 594. C. *Μενέτωρ ἐν τῷ περὶ ἀναθημάτων.* — De Halicarnasso singulari libro scripserat *Demodamas*, v. Athen. XV. p. 682. E. *Δημοδάμας ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ.* — Periegesin Pergami ediderat *Telephus Pergamenus*, qui floruit temporibus Hadriani et Antonini, v. Ebert dissert. Sic. p. 147. coll. Zeitschr. f. A. 1837. p. 205, et scripserat *περιήγησιν Περγάμου* et *περὶ τοῦ ἐν Περγάμῳ Σεβαστείου βιβλία β'*, teste Suida v. *Τήλεφος*, quam Augustei descriptionem partem periegesis Pergamenae fuisse verisimile est. Et scripserat *περὶ Περγάμου* etiam Semus Delius, v. Suid. v. *Σῆμος* et Eudoc. p. 386. — Periegesin Macedonicam edidit *Antigonus*, unus ex multis cognominibus, Steph. B. v. *Ἀβάντις*, quamquam hanc dixeris geographicae indolis fuisse. — De Byzantio scripsit *Damon*, v. Athen. X. p. 442. C. et multi recentiores, velut Hesychius Illustris etc. — Scriptores de Alexandria et rebus Alexandrinis enumerat Klippel über d. Alexandrin. Mus. p. 12. Huc vel maxime attinet *Callixenus Rhodius*, ex cuius libris *περὶ Ἀλεξανδρείας* inscriptis, numero maximum quatuor, multa excerpsit Athen. V. cap. 25 — 35. de tabernaculo a Ptolemaeo Philadelpho magnificentissime structo deque pompa ab eodem ducta *), cap. 37 — 39. de

*) Sunt haec mire apud Dindorfium neglecta. Pag. 197. A. pro *τραγικῶν τε καὶ κωμικῶν καὶ σατυρικῶν ζώων* scribendum *τραγικῶν προσώπων*, cf. p. 198. D. *πρόσωπά τε σατυρικὰ κτλ.* p. 198. E. pro *καὶ πέρσεις τελεταί* forte *αἱ περὶ τὰς τελετάς.* p. 199. C. pro *βανωτοί* scribe *μόνωτοι.*

navibus splendidissime a Philopatore instructis deque aliis ornamentis, cf. IX. p. 387. D. XI. p. 472. A. 474. E. 483. E. F. Omnino ille quae apud Alexandrinos imperantibus Ptolemaeis Philopatore et Philadelpho ipse viderat regiae opulentiae specimina accuratissime perscripserat, et suspicor his libris vividam imaginem magnificentissimae istius et litteratissimae urbis et vitae, quam aula Ptolemaeorum fovebat, expressam fuisse. Dixerat ni fallor etiam de bibliothecis deque ceteris litterarum ornamentis; certe Athenaeus ad eum respicere videtur ubi scripsit haec p. 203. E. *περὶ δὲ βιβλίων πλήθους καὶ βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς καὶ τῆς εἰς τὸ Μουσεῖον συναγωγῆς τί δεῖ καὶ λέγειν κτλ.*, quae excerptis illis interposita sunt, tanquam voluisset significare se consulto ea, quae apud Callixenum de bibliothecis atque Museo scripta essent, praetermittere. Neque artium documenta, tabulas ac signa, quae aeque studiose atque librorum volumina a Ptolemaeis conquirebantur (v. praefat. ad fragm. Polem. XVI sqq.), a Callixeno neglecta fuisse planum est ex eo, quod liber ab eo editus erat *Καλλιξένου ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφή* inscriptus, cuius meminit Phot. Bibl. cod. 161. in recensu scriptorum, quibus in Eclogis variis, duodecim libris comprehensis, usus erat Sopater Sophista, qui etiam aliud de Museo Alexandrino opus, a satis nobili id grammatico editum, duodecimo libro excerpserat, *Aristonici* Aristarchei librum *περὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Μουσείου*: ex quibus Sopatri Eclogis fluxisse suspiceris ea, quae in latino scholio Tzetzis optima nunc fide exstant per Ritschelium, quum antehac, ubi minima tantum huius scholii pars in vulgus edita fuerat, multam et mihi et aliis haberet dubitationem. Ante Aristonicum et Callixenum de Museo Alexandrino scripserat Callimachus, v. Suid. v. *Καλλίμαχος* *). — Scriptorum de Sicilia fragmenta dolendum quod Eberto per fatum non licuit omnium eadem

*) Nisi fortasse *Μουσεῖον* appellabatur idem illud opus, quod alio titulo inscriptum erat *πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν*. De aliorum dubitationibus v. Ritschl Die Alexandr. Biblioth. etc. p. 13 sq.

diligentia pertractare atque fecit in *Nymphodoro* Syracusio, qui inter alia scripsit *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων*, v. Ebert Dissertatt. Sic. p. 155 sqq.: ad quem revocandus *Μεμψήδωρος* (Vind. *Μεμψόδ.*) *ὁ τὴν Σικελίαν περιηγησάμενος* in Schol. Odyss. *μ'*. 301. — Praeter eum nominandus *Silenus Chius*, de quo v. Demet. et Perseph. p. 181. *) et *Theophilus*, qui *ἐν ια' περιηγήσεως Σικελίας* citatur ap. Steph. B. v. *Παλική*.

§. 15. Vides hos scriptores in universum ferme orbem terrarum excurrisse, neque quamquam ex civitatibus nobilioribus esse quam illi non circumvectati sint. Et fuerunt etiam praeter Polemonem qui universam *οἰκουμένην* iidem obiissent et descripsissent, qualis erat *Mnaseas Patarensis*, quem tamen dubitaveris an ad geographos potius quam ad antiquarios referendum putes. Frequens eius apud antiquos mentio est, et videtur ex Eratosthenis disciplina profectus fuisse. Ipse tamen pessimi generis est, unus ex insolenti ista et fastidiosa, qui Euhemerum profitebantur, historicorum secta, ridicule credulus, aniliter loquax. Quamquam habet etiam sic talium scriptorum tractatio aliquem fructum, videlicet ut graecas litteras cum multis praeclaris etiam multa vulgaria et sanequam vilia tulisse moneamur; quo accedit ut in Mnasea veluti vivo exemplo iudicare liceat pestem illam Euhemerismi, quae tot Graecorum ingenia affecit inprimisque iis litteris, quae versantur in fabulis antiquitatibusque examinandis, mirabile quantum nocuit. Quare propositum est copiosius de hoc scriptore disputare alia occasione; nunc lectores ablego ad O. Iahn Palamed. p. 31 — 35. Porro huc quadrat mentio *Aristidis Milesii*, de quo dixi ad frgm. Polem. XXX. **): qui *περιήγησιν Ἑλλάδος* condidisse videtur.

§. 16. Restat ut huic de scriptoribus periegeticis disputationi pauca subiiciam *de Pausania cum Polemone inprimis*

---

*) Schol. Od. *α'*. 75. plenius in codice Hamburgensi legitur sic: *Σιληνὸς δὲ ὁ Χῖος ἐν δευτέρῳ μυθικῶν ἱστοριῶν* (*ἔστι δὲ δύο βιβλία*) *Ἀντίκλειάν φησι κτλ.* Cf. Tzetz. ad Lycophr. 786.

**) Ubi addendus Io. Lydus frgm. de Mensibus p. 333. Has., ubi Aristides de rebus Laconicis adhibetur, sed fragmento lacero.

comparando. Cuius libri utrum ab illo usurpati fuerint nec ne iam supra quaesitum est; v. quae disputantur de titulo *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων.* Novit Pausanias Polemonem sine dubio, sed equidem nullibi certa Polemonis vestigia deprehendere apud Pausaniam potui; neque si eandem uterque rem tractat, continuo hinc alterum ex altero hausisse colligendum, quum uterque ex iisdem fontibus h. e. ex monimentis locorum et narrationibus mystagogorum easdem res delibare potuerit. Quamquam in Pausania mirum quod, quum in antiquissimo quoque poeta laudando diligentissimus sit, de iis tamen, quorum commentariis ante itinera ipsius suscipienda et in ipsis itineribus haud dubie multum adiuvabatur, vix unum vocabulum sibi excidere patitur. At praeter historicorum libros et praeter exegetas illos, quos toties appellat, *τῶν ἐπιχωρίων* aliosque id genus homines singularumque rerum narratores (*ἀνὴρ Βυζάντιος* III. 17, 7. *ἀνὴρ Κύπριος* I. 42, 6. *ἀνὴρ Σιδόνιος* VII. 23, 6. *ἀνὴρ Μάγνης* X. 4, 4. cett.) etiam superiorum periegetarum libris ac litteris Pausaniam usum esse apertum est ex hoc loco, VIII. 10, 2. *τὰ δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐγώ τε ἀκοῇ γράφω καὶ ὅσοι μνήμην ἄλλοι περὶ αὐτοῦ πεποίηνται.* Sed iuvabit hunc, qui solus ex omnibus periegetis integer superest, paucis cum nobilissimo illo et optimo inter antiquiores, Polemone, contendere eoque pacto qualis in arte ista sua fuisse videatur eo distinctius patefacere. Habet uterque suas virtutes, sua vitia, neque incusanda ea fati necessitas, quae Polemonem interire, Pausaniam superesse voluit; tametsi Polemonem affirmaverim longe illo et rebus ditiorem fuisse et testimoniis scriptorum spectatissimorum ex omni litterarum genere laudandorum doctiorem. In iis rebus, quas ipse visu percepit, optimam Pausaniae fidem esse et curam et diligentiam omnes, qui aliquid in his rebus iudicare possunt, uno ore consentiunt. Verum erat ipsa aetas illa, qua floruit Polemo, longe litteratior et studiis multiplicior, ut vel hinc exsistat aliqua ipsius praestantia, quippe qui doctrinam suam ex meliore disciplina acceperit. Quamquam abstinebat ille et nimium forsitan abstinebat ab eloquutionis istis lenociniis, quibus tantum studet Pausanias, Aeliani hic quidem doctor. Sed ad res quod

attinet, accedit in illo, quod etiam Graecia ea quam vidit Polemo longe erat et urbibus suis florentior et artium historiaeque monimentis inexhaustior hac, cuius descriptio exstat per Pausaniam. Praeterea notandum utrumque etiam consilio operis aliquantum differre, et ita differre ut, etiamsi prudentiorem quis dicat Pausaniam fuisse, tamen utiliorem nobis futurum fuisse, si exstaret, Polemonem facile idem concesserit. Pausanias enim identidem declarat se ea tantummodo describere voluisse, quae maxime essent memoratu digna *), minime omnia ac singula, atque sunt permulta, maxime in descriptione Athenarum atque Atticae, quibus nimiae eum brevitatis arguas. Fecit hoc et propter eorum, qui ante ipsum easdem res attigerant, multitudinem et propter infinitam ipsarum rerum affluentiam; sed factum ita ut in iudicio illius acquiescendum nobis quidem sit, quid memoratu dignissimum iudicaverit, quem constat in rebus persequendis superstitiosiorem fuisse. Polemo contra, quantum ex fragmentis iudicari potest, mira sedulitate id assequutus esse videtur, ut, si non omnia persequutus erat, tamen in iis quae persequutus erat adeo plenus atque accuratus exsisteret, ut qui diligentior eo fuerit et elaboratior ne fingi quidem possit. Accedit quod etiam generibus litterarum, quibus uterque maxime studuerat, diversi erant, et ita diversi ut Polemoni

---

*) De Atthide cf. I. 39, 3. *τοσαῦτα κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν Ἀθηναίοις γνωριμώτατα ἦν ἔν τε λόγοις καὶ θεωρήμασιν. ἀπέκρινε δὲ ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος μοι τὰ ἐς συγγραφὴν ἀνήκοντα.* Sed etiam de ceteris civitatibus nonnisi *τὰ ἀξιολογώτατα ἐς μνήμην* narrat; cf. II. 13, 3. *προσέσται δὲ ἤδη καὶ τῶν ἐς ἐπίδειξιν ἡκόντων τὰ ἀξιολογώτατα,* II. 34, 11. 38, 3. III. 11, 1. *ὃ δὲ ἐν τῇ συγγραφῇ μοι τῇ Ἀτθίδι ἐπανόρθωμα ἐγένετο, μὴ τὰ πάντα με ἐφεξῆς, τὰ δὲ μάλιστα ἄξια μνήμης ἐπιλεξάμενον ἀπ᾽ αὐτῶν εἰρηκέναι, δηλώσω δὴ πρὸ τοῦ λόγου τοῦ ἐς Σπαρτιάτας· ἐμοὶ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἠθέλησεν ὁ λόγος ἀπὸ πολλῶν καὶ οὐκ ἀξίων ἀφηγήσεως, ὧν ἕκαστοι παρὰ σφίσι λέγουσιν, ἀποκρῖναι τὰ ἀξιολογώτατα. ὡς οὖν εὖ βεβουλευμένος οὐκ ἔστιν ὅπου παραβήσομαι.* Est igitur Pausaniae opus quasi anthologia quaedam periegetica, eaque rhetoricis pigmentis colorata. Itemque de anathematis Olympicis, in quibus ferme omnibus recensendis tanta cum cura elaboraverat Polemo, cf. frgm. XXII, Pausanias V. 21, 1. se *τὰ ἀξιολογώτατα* tantummodo persequi significat. Idem cadit in periegesin Delphorum, v. X. 9. 1.

palmam des. Pausanias enim diligens est in poetis et epicis et lyricis, tum in historicis; inprimis vero in ignobilioribus istis epicis, quorum ista aetas apprime amans erat, qui bonam partem nobis prorsus ignoti forent, nisi Pausanias exstaret. Quorum lectio assidua erat illa quidem ad argumenta picturarum statuarumque antiquarum significatus aperiendos accommodatissima; sed debebat Pausanias cum iis etiam scenicorum poetarum lectionem coniungere, inprimis comicorum, quorum interpretatio antiquitus erat cum omni antiquitatum, quae peculiariter vocantur, scientia coniunctissima. Horum testimonia Pausanias rarissime apponit (comicorum generatim meminit VIII. 17, 3; Aristophanes semel memoratur V. 5, 3, nemo alius; tragicorum tamen studiosior fuit). Polemo contra totus est in illis intimamque cum iis familiaritatem contraxerat. Omnino Pausanias magis in historia et civitatum et litterarum et artium mente sua atque studio versatur, quam in iis antiquitatibus, quae pertinebant ad vitam civilem atque domesticam. Negligit legum formulas citare, inscriptionum titulos sectari, vasorum nomina et genera perscribere; neque etiam de rarioribus nominum formis et significationibus, si quae invenerat in monimentis publicis, facile commentatur; in quibus omnibus Polemo diligentissimus fuerat. Alia eius aetas erat, alia studia sequebatur; elegantior fortassis Polemone erat, sed ad doctrinam antiquitatumque omnium scientiam longe excellentior erat ut aetas Polemonis ita et ipsius opera. Quamquam sua rursus vice Pausaniam dixeris in historia diligentiorem fuisse, quam quodam modo ipse profitetur, quum Polemo appelletur quidem ab Suida ἱστορικός et passim etiam historicas notationes in commentarios suos inseruerit, in universum vero hoc litterarum genus ceteris, qui propriam in eo professionem posuissent, reliquisse videatur. Pausaniam ni haberemus, quid sciremus de historia Messeniae? Tametsi sunt inter recentiores qui huius scriptoris in rebus historicis fidem vel nullam vel tum denique aliquam existimandam esse contendant, si ab iis auctoribus, quos inspexisse se affirmet et qui ex nostrae aetatis ratione critica pro fontibus revera haberi possint, non discedat neque dis-

sentiat: quae verba sunt Merlekeri Achaica p. 29 sq., similiterque iudicant Koenig de Pausaniae fide p. 29. et Droysen Historia Diadochorum p. 688. Est igitur etiam in his rebus magis rhetor sive sophista habendus, qui historia ad eloquentiae ostentationem utatur, quam verus historicus. Denique in hac Polemonis cum Pausania comparatione considerandum quod Pausanias, sive id fuerit ex animo sive aemulatione Herodoti sive quia tale erat temporum ingenium, sed quod erat mirum quantum superstitiosus et religiosus vanisque miraculis et portentis credulus. Quo fit ut et permulta prorsus fugiat commemorare atque pronuntiare, quae nobis quidem prae ceteris memorabilia forent, et ut ad multa attendat operamque in iis et tempus terat, quae plane futilia sunt et somnia mera. Polemo contra longe erectior et liberior animo fuisse videtur et ingenium habuisse ab anili ista superstitione remotum, quae religionem quaerit in nominibus rebusque etiamsi vulgatissimae erant silendis et cum supercilio operiendis. Respice modo frgm. LXXXVIII, quod est de ritibus mysticis, quae Pausanias prodere atque eloqui tota mente perhorruisset. Iam vero si talem nostrum in his deprehendimus, de universo eius ingenio hanc coniecturam facere pronum est, ut negemus eum multum tribuisse ceteris istis sacerdotum periegetarumque eorum, qui ad singula templa sedes suas habebant, allucinationibus, quarum tot exstant per Pausaniam. Quod ad singula recensenda atque describenda attinet, utrumque eandem viam sequutum esse crediderim. Scribebant isti haec ita ut non nostris saeculis, sed suis aequalibus et maxime peregrinaturis se scribere putarent. Mittebant quae satis trita essent; mittebant porro omnia ea, quorum cognitionem peregrinantibus ex ipsa locorum inspectione sponte adiectum iri putarent: qualia nobis nunc solent maxime desideranda videri. Quod ad itinerum quae uterque fecerit longinquitatem attinet, vidimus Polemonem ferme universum terrarum, quae tunc artium litterarumque cultu atque monimentis florerent, orbem peragrasse. Neque Pausaniam multo angustiore terrarum civitatumque spatio sese continuisse ex iis cernitur, quae passim memorat de Asia, Aegypto, Italia,

tametsi perpauca hic eorum quae vidit iusta commentariorum forma perscripsit.

§. 17. Haec hactenus de scriptoribus periegesis antiquariae. Superest ut ad eam disputationem revertar, quam supra inchoavi, ubi dixi de singulorum locorum periegetis iis qui peregrinantibus praesto erant. Eam in sequentibus iam ita persequi propositum est, ut omnem artis periegeticae indolem atque fructum, qui ad ceteras disciplinas, inprimis ad historiam, geographiam, grammaticam ex his litteris redundaverit, edisseram et exemplis illustrem.

Qua in re inprimis tenendum id quod supra dixi, peculiare et proprium artis periegeticae in hoc positum fuisse, quod ea quae Graecis appellabantur τὰ ἐπιχώρια, nos dicere solemus *das Locale*, h. e. singula loca scrutabantur monimentaque eorum et traditiones ex ipsa locorum contemplatione et pervestigatione interpretabantur. Hinc iam primum, si rem in universum iudicas, duplex commodum idque in utramque partem satis grave et grande ex hoc periegesium condendarum studio ad ceteras artes manasse vides, cuius commodi altera pars cernitur in fide rerum, altera in copia rerum. Pertinet hoc quum ad ceteras litteras tum ad *studia historiae atque antiquitatis.* Quae vidimus principio simillimo modo inter Graecos tractata esse atque tractabantur a periegetis, ut antiquissima quaeque memoria et inprimis fabularis ista historia, ex qua Graecis omnium civitatum atque institutorum primordia repetenda videbantur, ex ipsis locorum monimentis per singulas civitates investigandis vel aperiretur vel illustraretur. Quo pertinent Hecataeus, Hellanicus, alii. Exstitit deinde Herodotus, qui non reliquit quidem saluberrimam hanc viam loca ipsa obeundi indeque rerum fontes atque fidem quaerendi, sed tamen in aliud ac novum historiae conscribendae genus primus excurrit, quum amplissimum omnium gentium atque terrarum coetum, velut ad unum finem eandemque humanitatis actionem spectantium, lectoribus ob oculos poneret, et quum antiquissima illa nonnisi propter ea attingeret, quae paucis annis ante gesta essent praesentique memoria hominum traderentur. Quod Socrates fecit in philoso-

phia, ut cogitationem a rebus remotioribus, a coelo naturaque ad ipsam humanitatem, mores, instituta hominum, denique ad uniuscuiusque ipsam praesentiam et essentiam vivam revocaret, idem Herodotus in historia fecit, ut missis istis antiquitatis fabulis atque reliquiis emortuis ad ipsam rerum praesentiam et praesentia humanitatis specimina animos hominum et studia adverteret. Accedit quod idem primus historiae admiscuit eloquentiam et sapientiam civilem, quam priores si non in ipsa vita (cogito de Hecataeo), tamen in historia scribenda neglexisse videntur. Sed novam hanc, quam Herodotus praeiverat, viam sequuti sunt qui post eum historiam coluerunt, lumina ista litterarum Atticarum, Thucydides et Xenophon, qui iam antiquitates istas prorsus negligebant et praesentia tantum rerum gestarum documenta curabant, ex proxime praeteritis convenienter derivanda, eloquenter prodenda, sapientiae civilis atque moralis, illius, quam condiderant Pericles et Socrates, praeceptis illustranda. Atque erat istud quidem maximum, quod in historia praestari poterat; verum ne prorsus negligerentur antiquitates rerum, ecce exstitit post eos alia historicorum soboles, qui origines atque primordia rerum cum eorum, quae proximis ante annis gesta erant, memoria coniungerent neque etiam reliqua ista historiae ornamenta, quibus Herodotus, Thucydides, Xenophon usi erant reiicerent, eloquentiam atque sapientiam civilem et moralem. Tales erant Ephorus, Theopompus, alii, qui quamquam pro genuina illa eloquentia et sapientia, quae ex ipso rerum usu atque experientia percipitur, aliam eamque viliorem sectabantur, quae in rhetorum scholis philosophorumque latibulis ediscitur, tamen in eadem fere via perstitere, praeterquam quod historiam fabularem, quam logographi coluerant, denuo ad historiam tractandam adsciverunt, quam solebant *ἀρχαιολογίαν* s. *μυθολογίαν* nominare. Iam vero quum hi poetarum potissimum fabulas respicerent et his antiquitates civitatum illustrarent, dehinc nova illa Peripateticorum disciplina exstitit, quae antiquitates apprime et ipsa coleret, sed ex monimentis maxime repetendas existimaret ideoque etiam periegetas illos nostros ad scribendum excitaret.

Quorum studia quantum mox etiam ad historiam et antiquitates rerum copia augendas, fide stabiliendas pertinuerint vel maxime cernitur ex fragmentis Philochori, Timaei et si qui sunt horum consimiles. Quorum *Timaeus* etsi propter nimiam angulum quemque scrutandi et vel vilissima inde excitandi cupiditatem merito vituperabatur neque semper satis circumspecte atque accurate in nova hac antiquitatum colendarum ratione versatus est, tamen primus hoc effecisse videtur, ut periegetarum studia, saluberrima illa ad historiam, cum arte historica ad certam rationem coniungerentur multaque eorum, quae a prioribus eloquenter dumtaxat et ad dubiam poetarum fidem narrabantur, iam certa monimentorum et singulorum locorum inspiciendorum fide posteris proderentur. Manebant in eadem via quum alii, qui minoris momenti sunt, velut Phylarchus, Neanthes Cyzicenus, Duris Samius, tum ii qui diuturna vel philosophiae vel reipublicae administrandae disciplina ingenium melius eruditum iudiciumque egregie subactum habebant, Posidonius, Polybius, Strabo. Ex quibus Polybius, licet sit acerrimus et saepe iniquus Timaeorum, Phylarchorum vituperator, tamen et ipse in nova hac rerum ex singulis civitatibus populisque conquirendarum ratione perstitit, praeclareque identidem de his studiis impense colendis praecipit, velut in Excerpt. Vat. p. 23. Lucht., ubi tres ait historici muneris partes esse, primam versari *περὶ τὴν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι πολυπραγμοσύνην καὶ τὴν παράθεσιν τῆς ἐκ τούτων ὕλης* alteram *περὶ τὴν θέαν τῶν πόλεων καὶ τῶν τόπων, περί τε ποταμῶν καὶ λιμένων καὶ καθόλου τῶν κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν ἰδιωμάτων καὶ διαστημάτων*, tertiam *περὶ τὰς πράξεις τὰς πολιτικάς*: ubi vides ad tertiam vehementer attinere periegesin et geographicam et antiquariam. Quamquam periegetas non solum in antiquitatibus certa fide persequendis multum historicis profuisse dicemus, verum etiam, si inscriptiones curabant, civilis insuper prudentia et doctrina multam ex his commentariis copiam et varietatem multaque pristinarum legum exempla haurire poterat, ex templorum latibulis per illos ad communem litterarum lucem protracta. In qua artis periegeticae parte praeter Philochorum et Polemonem maxime excelluit *Craterus*

Macedo, qui edidit *συναγωγὴν ψηφισμάτων* Atticorum, novem minimum libros complexam, qua, admixtis insuper historicorum et comicorum testimoniis, maximopere procul dubio adiuverat exploratiorem iuris atque historiae Atticae cognitionem. Disputavit de hoc scriptore Meineke Quaestt. Scen. I. p. 23 sq.

§. 18. *Geographia*, ni illam periegesin, quam supra geographiam appellavi eoque nomine ab antiquaria segregavi, cum antiquaria coniungendam putes, haud multum profecit ex arte periegetica. Lege Pausaniam: suppeditat ille quidem geographiae studiosis multa nomina urbium, populorum, terrarum; persequitur itinera publica, fluminum cursus, montium proprietates hinc illinc illustrat. Enimvero si quaesiveris luculentam regionum descriptionem, quam oculis sequi possis, si locorum intervalla, si urbium situs, coeli, agrorum, fluviorum, ceterarum denique rerum, quae ad regionem aliquam luculenter et accurate exprimendam pertinent, veram indolem sectaris, si velis doceri de moribus hominum qui has regiones incolunt, in cassum volveris paginas eius. Nihil facit nisi ubi primum urbem aliquam ingressus est monimenta et fabulas sciscitatur, assutis ex historia antiquitatumque scientia interpretamentis. Quamquam etiam sic nostram Graeciae antiquae notitiam magnam partem in Pausania niti facile patet ex libris eorum, qui de his rebus commentati sunt, maxime ex itinerariis Gellii et Leakii, Pausaniae studiosissimorum, qui nihil fere intuentur, nihil curant nisi quae periegesi sua praeivit Pausanias. Ita factum ut non tam itineraria ipsi condiderint, quam Pausaniae itinerarium iis quae ille vidit cum iis quae nunc supersunt comparatis illustraverint; et constat confessione omnium, Graeciae descriptionem mirifice ab iis auctam esse. Sed habet talis descriptio multum languorem, et quum itinerariis scribendis id maxime propositum esse dixeris, ut quae quis in itinere suo vidit, comperit, expertus est, lector mente et oculis sequi ac velut in imagine proposita contemplari possit, illi Pausaniae scribere maluerunt quam nobis, quibus non obtigit Graeciam videre, impeditum istuc et aridum antiquissima quaeque et devia scrutandi

genus, quod apud Graecos colebant periegetae, recolentes. Est haec, dixerit quispiam, harum litterarum necessitas, quae praeter Strabonem et geographos minores Pausaniam nunc Graeciae antiquae enarrandae fontem praecipuum esse voluit. Verum aliud opinor est Pausaniae notationibus diligenter uti, aliud se ad eam regionum describendarum rationem, quam Pausanias adhibet, totum commodare; qua in re, si placeat antiquorum quemquam aemulari, mihi Dicaearchus unice imitandus videtur, qui sive itinerarium suum peculiariter edidit sive operi de Vita Graeciae inseruit, luculentissimo exemplo quae debeant potissimum in itineribus faciendis spectari, quae et quo modo perscribi edocuit. Ceterum apud Graecos antiquitus usitatum fuisse geographiam colere itinerariis condendis, satis inter omnes constat. Et principio quidem omnes hae artes, quae postea discretae erant, geographia, chorographia, historia, periegesis ab iisdem scriptoribus promiscue tractabantur, ab logographis. Postea factum id, quod supra expositum est, ut hae artes discernerentur, diversis nominibus appellarentur, separatim colerentur. Tum geographia quae universales terrae rationes spectabat, mansit illa quidem in coniunctione, qua cum chorographia et periegesi geographica tenebatur, arctissima. Antiquaria contra periegesis nihil fere cum geographorum studiis commune habuisse videtur praeter id quod, de monimentis sicubi sermo erat, ad illam recurrebatur. Et solet de talibus rebus a Strabone Polemo adhiberi.

§. 19. *Grammaticam* Graecorum satis constat fere eandem disciplinam fuisse atque nostram philologiam, ut non solum linguarum scientiam, sed historiam quoque et antiquitates complecteretur, quam partem illi nominabant *τὰς ἱστορίας* sive *τὸ ἱστορικὸν μέρος*, quod alii aliter a ceteris grammaticae partibus disiungebant, v. Sext. Empir. adv. Mathem. I. 253 sqq. Disputabatur per eam de iis rebus, quae vel ad personas vel ad res vel ad loca vel ad tempora certa a scriptore aliquo tractata pertinebant, ut in universum eaedem fere artes hac parte comprehenderentur, quas nos dicimus philologiam realem, antiquiores philologi appellabant *τὴν ἀμέθοδον ὕλην*, quia

haec pars opposita erat *τῷ τεχνικῷ μέρει* neque videbatur ad certos artis terminos formulamque revocari posse. Quamquam etiam tales loci historicae parti grammaticae subiiciebantur, quales nunc ferme alio pertinere putantur, veluti studium glossarum, cf. Sext. Empir. adv. Gramm. I. 253. *ὑποτάσσεσθαι δὲ τῷ ἱστορικῷ κοινῶς φησιν (ὁ Ἀσκληπιάδης), καθὼς καὶ Διονύσιος, τὸ περὶ τὰς γλώσσας, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ περὶ παροιμιῶν καὶ ὅρων*, ubi Fabricius scribendum putat *γρίφων*, poteris etiam scribere *ἑορτῶν*. Iam vides quantum ad hanc partem fecerit periegetarum opera, quippe qui easdem res persequebantur, antiquitates humanas et divinas, fabulas, glossas, proverbia, verum ea ratione, ut ex monimentis locorum illas res illustrarent, grammaticis igitur, qui proprie appellabantur, conquirerent atque praepararent. Cogita modo quam saepe nobis nunc in tragicis, comicis, historicis interpretandis, in antiquitatum disciplina, in archaeologia, quae nunc dicitur, ad Pausaniae testimonia recurrendum sit. Quod ille nobis subministrat, idem antiquioribus philologis omnis illa, quam singulatim prosequuti sumus, periegetarum cohors suppeditabat; velut vidimus Didymum, qui inter grammaticos facile *ἱστορικώτατος* erat, persaepe Polemonem adhibere, et velut fere omnia quae nunc exstant periegetarum testimonia per grammaticorum commentarios, Athenaeum maxime et Scholiastas, ad nos pervenerunt. Sed iuvat hanc rem copiosius persequi, ut singuli isti, quibus historica grammaticae pars continebatur, loci quid ex periegetarum studiis profecerint separatim quaeratur.

§. 20. Qua in re primum dicendum de ea parte, quae ad linguas colendas maxime spectat, quam illi inscribebant *περὶ γλωσσῶν* h. e. de vocabulis reconditioribus, ex historia plerumque repetendis, cf. Galen. in praef. lex. Hippocratei p. 404. ed. Franz. Quo pertinebant inprimis ea Homeri vocabula, quorum de originibus inferiori aetati non iam constabat, et ea vocabula, quibus antiqua iuris Attici, quod a Solone repetebatur, monimenta concepta erant; cf. Aristoph. in Daetal. ap. Galen. l. c. Namque floruerunt haec studia Athenis iam aetate Aristophanis comici; posthac de legibus

Solonis disputatum esse vidimus a Theophrasto, Phania, Eratosthene, Aristophane Byzantio, aliis, interque eos etiam a Polemone Periegeta, cf. frgm. XLVIII. Porro glossarum ista tractatio magnam partem in iis vocabulis versari solebat, quae a poetis ex usu popularium in carmina sua passim adscita erant, a communi vero loquendi consuetudine remotiora, quippe nonnisi singulis Graeciae regionibus et civitatibus propria. Haec erat antiquissima loci *περὶ διαλέκτων* ratio, qui magis vocabula singula eorumque origines ac significationes respiciebat quam formas vocabulorum. Quo faciunt inprimis plurimi isti de dialecto Attica commentarii, modo *περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας*, modo *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων*, *περὶ Ἀττικῆς διαλέκτου* inscripti: nam hauriebantur reconditiora illa Atticae consuetudinis vocabula s. *γλῶσσαι* maximam partem ex comicis Atticis, qui talia ex vulgari hominum et vitae usu arripere solebant. Cogitandum de scriptis Eratosthenis *περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας*, Cratetis Atheniensis *περὶ Ἀττικῆς διαλέκτου*, Aristophanis Byzantii *περὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν*, Istri Callimachei etc. Iam vero talia studia quam fuerint cum iis rebus, quibus periegetae vacare solebant, coniuncta quum ex omnibus illorum fragmentis constet, tum cernitur ex Polemonis *περὶ ἀδόξων ὀνομάτων* commentario, cuius in fragmentis est insignis illa de vocabulo *παράσιτος* commentatio, ad comicos interpretandos accommodatissima et ex intima Atticorum monimentorum cognitione expressa. De vocibus Laconum, Cretensium, Tarentinorum i. e. de vocabulis ex poetarum Laconicorum, Creticorum etc. carminibus excerptis, vel ex popularium loquendi consuetudine vel ex monimentis *ἐπιχωρίοις* explicandis, de his dialectis egerant inter alios Aristophanes in opere *περὶ Λακωνικῶν ὀνομάτων*, Hermonax in glossis Creticis, alii, quorum plurima pars transiisse videtur in glossas Pamphili a Diogeniano excerptas indeque ad Hesychium propagatas (Ranke de Hesych. p. 72 sqq.), abs quo etiam Polemonis nostri aliorumque id genus scriptorum tam frequens fit mentio, ut vel inde fuisse eos inter praecipuos talis doctrinae fontes existimaveris; et pertinet eodem Polemonis de cannathro Xenophontis dissertatio et multa alia fragmenta. Denique

glossarum indice etiam illa vocabula tractari solebant, quae erant nomina vasorum atque utensilium, quorum origines ex historia plerumque derivandae erant: qualis commentarius ille est, quem Athenaeus libro undecimo in suos loculos transscripsit, et qualis olim erat Telephi Pergameni *περὶ χρήσεως ἤτοι ὀνομάτων ἐσθῆτος καὶ τῶν ἄλλων οἷς χρώμεθα* inscriptus, v. Suid. v. *Τήλεφος*. Eodem quantum contribuerint periegetae facile patebit, si placuerit conferre inter fragmenta Polemonis I. II. VII. XXII. LVII. LVIII. LX. LXI. XCIV.

§. 21. Praecipua grammaticae historicae pars erant *antiquitates*, quas nos solemus secundum Varronem appellare, qui locus amplissimus est et per omnia ferme antiquarum litterarum studia patet, quum et divinarum et humanarum rerum historiam atque instituta complectatur; quibus cognoscendis quum ab omni tempore vehementer studuissent Graeci, tum egregie haec studia florebant ex quo Peripateticorum disciplina doctrinam historicam cum philosophando coniungendam esse praeclarissimis speciminibus docuerat. Sequuti sunt inter grammaticos Eratosthenes, Aristophanes Byzantius cum discipulis. Verbo meminisse satis erit ingentis illarum scriptionum numeri, quas *περὶ νομίμων, περὶ πολιτειῶν, περὶ θεῶν, περὶ ἑορτῶν, θυσιῶν, τελετῶν, μυστηρίων, περὶ ἀγώνων* *) inscriptas olim exstitisse exiguis nunc vel mentionibus vel fragmentis compertum habemus. Periegetarum sedulitas quantum materiae etiam his scriptoribus suppeditaverit, vel ex fragmentis Polemonis vel ex Pausania manifestum est. Quantum vel solus Pausanias exemplorum ad antiquitates sacras potissimum

---

*) Multos eorum, qui *περὶ ἑορτῶν*, *ἀγώνων* etc. scripserunt, enumerat *Krause* Olympia praef. p. XI sqq. Idem p. XII. etiam Polemonem opus *περὶ ἀγώνων* inscriptum edidisse suspicatur, eoque revocat titulum *περὶ τῶν Θήβησι Ἡρακλείων* et alia fragmenta, maxime ea, quae exstant in Scholiis ad Pindarum. Addit Hesych. v. *ἐφώδιον*, quod testimonium mihi non dubium est quin ad libros contra Eratosthenem editos revocandum sit. Denique idem opus fuisse existimat *τὸν Ἑλλαδικόν*, idque et de certamine Olympico et de Olympionicarum rebus ac successionibus et de locis et regione Olympiae egisse putat. Consentio equidem, nisi quod Helladicum non solum ad Olympiam, sed ad universam Graeciam pertinuisse censeo et quod titulo *περὶ ἀγώνων*, donec inveniatur certum testimonium, nihil opus esse crediderim.

gravissimorum abundat. Neque Polemonem minus in his rebus diligentem fuisse docent frgm. VI. XXVI. XXXVI. XXXIX. XLI. XLII. XLIX. L. LXXIII. LXXV. LXXXIII. LXXXVI sqq. XCIII. Omnino quum maxima harum litterarum et copia et fides posita sit in singulorum locorum vel monimentis vel moribus et institutis ex ipsa hominum vita pernoscendis, in promtu est plurimum earum cadere in studium periegetarum.

§. 22. Restant alia scribendi genera, in quibus item a grammaticis elaborari solebat, minus tamen cum ipsa arte grammatica coniuncta et in proprio potius doctrinae loco constituta. Quo pertinent commentarii eorum, qui artium historiam illustraverunt, *περὶ ζωγράφων* et *ἀγαλματοποιῶν* plerumque inscripti. Tales prae ceteris erant Adaei et Antigoni, contra quos scripsit Polemo, v. fragm. LVI sqq. Alios enumerant Iunius de Pictura Vett. lib. II. p. 55 sqq. et qui inter recentiores elegantissime, ut solet, et doctissime de mira, qua Graecia olim conspicua erat, arte factorum abundantia disputavit, Fr. Iacobs in Opusculis Vol. III. p. 417 sqq., ubi etiam de pinacothecis disseritur p. 469. itemque de scriptoribus artium p. 473. Qui scriptores in universum triplici suam materiam ratione tractasse videntur, ut aut de pictorum et statuariorum nominibus et vitis inquirerent scholasque eorum et successiones ad certam seriem revocarent, velut fecit praeter Antigonum et Adaeum atque Polemonem Callixenus Rhodius, v. supra §. 14; aut ita ut argumenta (*διαθέσεις*) picturarum nobilium explicarent indeque quae ad artis historiam et antiquitates attinerent derivarent, velut Adaeus scripsit *περὶ διαθέσεως;* aut denique ita ut omnis artis pingendi et statuas faciendi sive disciplinam quandam sive historiam condere conarentur, quod sequuti esse videntur qui scripserunt *περὶ γραφικῆς* s. *περὶ ζωγραφίας*: quorum alii his ipsis artibus, de quibus scripserant, nobilissimi erant, velut Apelles et Melanthius (Plin. XXXV. 36, 23. Diog. L. IV. 18.), alii in antiquariorum modum has res tractabant, velut Duris Samius, Diog. L. I. 38, et Iuba, doctus ille Mauretaniae regulus, qui in commentario *περὶ γραφικῆς* adhibetur ab Harpocr. p. 156, 1.

Bekk., in secundo libro τῶν περὶ γραφικῆς a Photio Biblioth. p. 103. a. 32. Bekk., in octavo περὶ ζωγράφων ab Harpocr. p. 149, 2. Iam vero patet plurimos horum scriptorum, ni ipsis singulas urbes obeundi facultas erat, prorsus pependisse a periegetis, qui quantum studii impenderint artis operibus describendis et enarrandis permulti vel Polemonis vel Pausaniae loci documento esse possunt. Et potest ex iisdem locis etiam de ratione, qua in artibus illustrandis hi scriptores versati sint, existimari: quae ferme eadem erat atque illa, quam recentiores sequi consueverant ante Winckelmannum; cf. Iacobs praef. ad Philostr. p. XVI. et Welcker. ib. p. LXIV. Namque duplici in fabulis signisque describendis modo veteres versati sunt, aut sic ut Lucianus et uterque Philostratus et Callistratus, qui artis rhetoricae professionem in his rebus sequebantur, floridam et argutam enarrationem, quod genus ostentationi comparatum erat; aut sic ut Polemo, Pausanias, alii, ut quamvis ieiuna, sed accurata ἐξηγήσει argumentum (τὴν διάθεσιν) cuiusque tabulae exponerent et de artificis nomine, patria, vita quae attinebant addiicerent, qua in re egregie haud dubie a mystagogis illis singulorum locorum adiuvabantur, quos item plurimum huic monimentorum enarrandorum parti tribuisse vidimus supra §. 8.

§. 23. Alius locus, qui huic consimilis est, et hic quidem diserte ab Asclepiade grammaticae vindicatus, erat περὶ παροιμιῶν, a multis ille, inter quos sunt multi nobiles, scriptoribus celebratus. Hauriebantur proverbia, quae ab istis scriptoribus et colligebantur et explicabantur, partim ex poematis, maximam partem lyricis et comicis, partim ex ore hominum popularique vitae usu et consuetudine; utraque vero pars ita potissimum explicabatur, ut causae eorum aperirentur, quae modo ex vita moribusque hominum, interdum etiam ex locorum monimentis repetendae erant. Quo in studio quum plurimum materiae ab iis colligeretur, qui singulas gentes civitatesque obeundo τὰ τῶν ἐπιχωρίων sectarentur, apparet etiam hunc locum arctissime cum arte periegetica coniunctum fuisse. Documento est, quod identidem etiam nunc Polemonis nomen comparet in proverbiorum quae nunc exstant collectioni-

bus, quamvis sint illa, quae olim in hoc litterarum genere ostendi solebat, doctrina per epitomatores exutae. Ita frgm. CI. Didymus ex Polemone illustrat proverbium *τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν*, frgm. C. ex Polemone item illustratur proverbium *ἠλιθιώτερος τῆς Πραξίλλης Ἀδώνιδος*. Inprimis cf. fragmenta scriptionis *περὶ τοῦ Μορύχου*, n. LXXIII sqq. et frgm. XXX. de aere Dodonaeo *), ubi de aliis simul proverbiorum collectoribus et interpretibus disputatum est.

§. 24. Porro paucis memorandum de iis, qui scripserunt *περὶ ἐπιγραμμάτων* h. e. de inscriptionibus donariorum, signorum, inprimis sepulcrorum, versibus conceptis, inter quos erat etiam Polemo, cf. frgm. LXXIX. Dixerunt de his litteris Iacobs Animadv. in Anthol. praef. initio et Boeckh Corp. Inscr. Vol. I. praef. p. VIII, neque pluribus opus est, quum vel ex Pausania constet quantum epigrammatum collectores debuerint periegetis. Est enim harum litterarum ratio similis atque proverbiorum, ut partim sumerentur ex carminibus poetarum, partim ex monimentis per singula loca investigandis.

§. 25. Transeo ad eos scriptores, qui singularum civitatum originibus ex historia fabulari repetendis operam navabant; qui libros suos modo *τὰ κατ' Ἀθήνας, Θήβας* etc. *μυθικὰ* inscribebant, velut Neanthes Cyzicenus, qui scripsit *τὰ κατὰ πόλιν* (Athenas puta) *μυθικά*, cf. Marquardt Cyzicus p. 168, et Antiochus (idem ni fallor est qui citatur in Scholl. Aristid. Panath. p. 313. Dindf., qui veterem Pherecydem epitomasse videtur), cuius meminit Photius Bibl. p. 150. b. 4. *παρατίθεται δὲ ἱστοροῦντα τοῦτο ὁ Ἀθηνόδωρος Ἀντίοχον ἐν δευτέρῳ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν*, modo opera sua earum civitatum, quarum fabulae atque origines expromebantur, nominibus insigniebant, velut qui ediderant *Ἀρκαδικά, Ἀργολικά, Θηβαϊκά* etc. Manifestum est etiam hunc locum cum studiis periegetarum con-

*) Locis de aere Dodonaeo laudatis adde Arsen. Violet. p. 186. ed. Walz, ubi item Aristoteles nominatur, non Aristides; locis de Adonide Praxillae Arsen. p. 275, de Morycho Arsen. p. 359.

iunctissimum fuisse; obtinebat enim etiam mythologiae colendae duplex ista, quam de proverbiis et de epigrammatis significavi, ratio, ut aliae fabulae ex poetarum, maxime ex epicorum carminibus hauriendae essent; quo pertinet Apollodori bibliotheca, tota illa ex epicis epicorumque interpretibus derivata: aliae ex iis, quae passim et per singulas regiones ore hominum vel per periegetas locorum et sacerdotes tradebantur, deducerentur; quo faciunt ii, de quibus modo memoratum est. Fabulas vero singulorum locorum exponendi sicuti eorum periegetarum, de quibus supra dictum est, qui hospites circumducebant, munus praecipuum fuisse vidimus, ita eorum quoque periegetarum, qui litteris artem suam colebant, hoc adeo erat ut Pausanias dicat *necesse esse* se fabulas populares perscribere, neque tamen ipsum ideo, quia quid narret, hoc verum habere, VI. 3, 4. *ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη, πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκ ἀνάγκη.* De quibus fabulis quum nunc ferme ea opinio invaluerit, ut et antiquiores plerumque quam eae quae apud poetas inveniuntur et ad omnem mythologiae usum et rationem utiliores esse putentur, longe alia apud ipsos veteres obtinebat existimatio, quam etiam ipse ille sequitur, quo recentiores maxime de talibus fabulis auctore utuntur, Pausaniam dico: qui semper solet eorum, quae ipsi passim narrata erant (*τὰ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων λεγόμενα*), *ἐπίκρισιν* quandam exercere poetarum testimonia comparando et si quid discrepent sine ulla dubitatione praeferendo. Qua in re plurimum, sicuti faciebat omnis antiquitas, Homeri testimoniis tribuendum esse ipse affirmat II. 21, 10. *ἐγὼ δὲ, πρόσκειμαι γὰρ πλέον τι ἢ οἱ λοιποὶ τῇ Ὁμήρου ποιήσει, δοκῶ τῇ Νιόβῃ τῶν παίδων μηδένα ὑπόλοιπον γενέσθαι*: ubi in eo tantum falsus est, quod quidquid non concinit cum Homero, id pro commento habet, nescius ille, sicuti omnes antiquorum grammatici erant, varios flexus atque ambages vivacemque istam volubilitatem sequi, qua solent fabulae, ab antiquissima aliqua specie paulatim delabentes, luxuriare quodammodo incrementis suis et in novas semper formas pro diversis aut temporum aut locorum causis sese insinuare. Sed Homeri potissimum ceterorumque epicorum auctoritate nisus eos, qui tales fabulas peregrinanti-

bus narrare solebant, plus semel aperti mendacii coarguit, veluti Argivos eo loco, qui supra laudatur, II. 23, 6, et alio loco Megarenses, I. 41, 5, ubi vulgatis Megarensium narrationibus ex poetis refutatis adiiciuntur haec: *ἀλλὰ γὰρ τὸν ὄντα λόγον οἱ Μεγαρεῖς εἰδότες ἐπικρύπτουσιν, οὐ βουλόμενοι δοκεῖν ἁλῶναί σφισιν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Νίσου τὴν πόλιν.* Qualia exempla velim recordentur ii, qui omnem Graecorum mythologiam ex una eademque, ut loqui solent, stirpe antiquissima, cum ipsis Graecae nationis originibus coniunctissima processisse contendunt, eosque qui secus statuant indigere vera ingenii acie affirmant, qua debeat is, qui fabulas interpretari velit, intimos priscorum populorum sensus animo atque ingenio percipere posse. Recte faciunt quod talem indolem in fabularum interprete requirunt, sed caveant de priscis illis populis intimisque sensibus, ne fucum ipsis faciat superbiens ista, qua solet quaeque fabula involuta esse, antiquitatis species, neque suos potius quam fabularum sensus sectentur. Tu si omnem fabularum illarum, quae vulgo et passim narrabantur, conditionem reputaveris easque maximam partem per periegetas istos, qui peregrinantibus monimenta locorum praeire solebant, si non effictas, certe narrando valde mutatas atque detortas esse consideraveris, malueris confido mecum et cum Pausania statuere vehementer ne nimium his narrationibus tribuamus cavendum esse, quam recentioribus fabularum interpretibus aurem praebere, qui dum antiquissimam religionem nescio quam naturalem rimantur ex abditissimis priscorum saeculorum populariumque cogitationum recessibus eruendam, revera nil aliud faciunt nisi suam sapientiam cascae vetustatis commendatione venditant.

§. 26. Denique pauca subiicienda de alio litterarum genere, *rhetoricum* dico et *sophisticum*, quod item multum traxit ex commentariis periegetarum. Namque inter varia argumenta, quibus hi artis oratoriae professores deficiente iam usu forensi eloquentiae ostentationem captare consueverant, erant etiam laudationes singularum civitatum, de quibus respiciendus Menander rhetor de Encomiis p. 81 sqq. ed. Heeren., et picturarum signorumque descriptiones et

mirabilium quae appellabantur enarrationes, quae modo ex historia animalium, modo ex chorographia, modo ex singulorum hominum civitatumque memoria repetebantur. In omnibus haec studia multam copiam in periegetarum commentariis inveniebant, et videntur mihi rhetores ut plurimum nihil aliud fecisse nisi materiam istam a periegetis potissimum suppeditatam rhetorico calamistro exornasse. Exemplo sit de primo loco Bato Sinopensis ap. Athen. XIV. 45. p. 639. D. sqq., de altero Philostratus, de tertio Aelianus. Bato quum *ἐν τῷ περὶ Θεσσαλίας καὶ Αἱμονίας* Saturnalium originem vere Graecam esse demonstrat, Peloria a Thessalis celebrata describit, de quibus, nisi rhetoris nomen adiectum esset (*Βάτων δ' ὁ Σινωπεύς, ὁ ῥήτωρ*), unum ex periegetis narrantem audire putares. Ad Philostrati aliorumque descriptiones imaginum quod attinet, supra (§. 21.) monitum est eas toto genere a periegetarum descriptionibus discrepare. Nihilominus etiam in his rhetores certe exemplorum multam partem ab illis petiisse crediderim; velut de Philostrati imaginibus, unde ducta esset tanta exemplorum copia et varietas, multum inter viros doctos dissensum est. Alii omnia ficta esse existimaverunt, alii omnia ab ipso suis oculis inspecta esse contendunt; cf. Iacobs Opusc. Vol. III. p. 470. Mihi in medio veritas quaerenda videtur; suspicor enim porticum illam Neapolitanam, quam tot tamque praeclaris ornamentis ille excelluisse narrat, nemo unus praeter eum memorat, hanc igitur porticum nil nisi figmentum Philostrati esse, imaginum vero descriptiones ex antiquioribus scriptoribus, velut Antigono, Adaeo, Polemone compilatas rhetoricisque deinde coloribus exornatas esse. Aelianus denique quum et in historia animalium et in variis historiis talia potissimum exempla proponat, quae mirationem maxime facerent et unde praecepta possent ad virtutem pietatemque derivari, ipsa exempla ex eorum commentariis, qui *θαυμάσια* et *παράδοξα* scripserant, congessit. Quae materies quantum fecerit ad studia periegetarum et ex Polemonis fragmentis cerni potest, cf. frgm. LXXXIV. c. praef., et ex multis locis Pausaniae, qui solet talia nominare *θαύματα, θαῦμα παρέχοντα, θαυμάσαι ἄξια, ἐς θαῦμα ἥκοντα.*

θεάματα μείζω. Et constat Aelianum Pausaniae Periegetae auditorem fuisse, multaque apud eum periegeticae doctrinae specimina exstare, in quibus etiam Polemonis nomen identidem comparet, quem tamen cave putes ab ipso lectum esse. Excerpsit enim haec ex Athenaei Deipnosophistis.

THE LIBRARY OF CONGRESS

THE NEEKMAN BINDERY, INC.
BOUND TO PLEASE
NOV 68
N. MANCHESTER,
INDIANA

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 056 015 2